3/4

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
15 — I
28

VIII. 5. 30.
I.3.



Digitized by Google

Digitized by Google

DE SACRO RITV PRAEFERENDI CRVCEM MAIORIBVS PRÆLATIS ECCLESIÆ,

LIBELLVS APOLOGETICVS


Pro Archiepiſcopo Pariſienſi

CONTRA

Nouum conatum Archiantiſtitis Lugdunenſis Galliæ Celticæ Primatis.

Ad Sanctiſſimum P. & D. N. D. VRBANVM *diuina prouidentia PP. VIII.*

Authore ANDREA DV SAVSSAY Pariſino, Protonotario Apoſtolico, Concionatore Regio, necnon Eccleſiæ SS. Lupi & Ægidij Lutetiæ Paſtore.



PARISIIS,
Apud ROBERTVM STEPHANVM, in officina ROB. STEPHANI, via Sancti Ioannis Bellouaci.
M. DC. XXVIII.
Cum Priuilegio Regis & Approbatione.

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTISSIMO
AC BEATISSIMO PATRI
ET DOMINO NOSTRO
D. VRBANO VIII.
DIVINA PROVIDENTIA
PONTIFICI MAXIMO,
VNIVERSALIS ECCLESIÆ
PAPÆ,

IOANNES FRANCISCVS DE GONDY
Primus Pariſienſis Archiepiſcopus,
Poſt humillima ſacrorum pedum
oſcula, Perpetuam fœlicitatem
P.P.

INTER præſtantiora munera potioráque ornamenta, quibus Ieſus Chriſtus vnigenitus Dei filius, æternúſque ſalutis humanæ Pontifex, in-

Digitized by Google

fallibilis ſuę prouidētiæ diſpoſitione ſponſam ſuam dilectiſſimam, militantem in terris Ecclesiam decorauit atque ſuffulſit: hoc ſanè potiſſimùm ab omnibus prædicatur & celebratur, quòd ipſe Dominus terris poſt deuictum ſeruatúmque mundum excedens, atque ad Cœlorum ſuprema, ſtupente rerum machina, triumpho nobiliſſimo, æternùm in Patris ſolio regnaturus, conſcēdens, ne grex ſuus Paſtoris ſolatio deſtitutus remaneret, *Vicarium ſui in oues redemptas amoris* (vt loquitur S. Ambroſius) in terris reliquerit, cui totius ouilis curam & directionem ſumma pietatis inſtantia, commendauit. Etenim ſi ipſe Dominus, in ſuperna ſeſe gloriosè recipiens, hunc œconomum ſuæ familiæ non deſtinaſſet, hunc ſapientiæ & bonitatis ſuæ adminiſtrum ac poteſtatis ſuæ organum mirabile non in-

Digitized by Google

ſtituiſſet, vniuerſa ſanè quam ipſo ſuo cruore collegerat fidelium multitudo, vti corpus ſine capite, vti exercitus ſine duce, vti ciuitas ſine iudice, vti familia ſine patre, pridem diſſoluta, collapſa & proſtrata iacuiſſet. Verùm immenſa eius bonitas & ſapientia ſic eximię huius hæreditatis ſuæ præſidio ac incolumitati conſultum eſſe voluit, vt in Petro (quem, abeundo in æthera, ſui loco inter homines eſſe iuſſit, ſummáque cum poteſtate regno ſuo ſubcœleſti præfecit) perpetuum Eccleſiæ ſuæ rectorem ac protectorem conſtitueret, per quem & molem illius vniuerſam ſuſtineret, & gregẽ ſuum viſibilem ipſe iam inuiſibilis gubernaret. *Aſcendens in altum dedit dona hominibus*, ait regius & egregius Pſalmographus: nec enim ſolùm Apoſtolos dedit & Prophetas (vt infert Gentium Apoſtolus) non

Digitized by Google

tantùm Euangeliſtas, paſtores ac doctores donauit, in opus miniſterij, ad conſummationē Sanctorum, in ædificationem corporis ſui: ſed ne homines eſſent ſicuti paruuli fluctuantes & circumferrentur omni vento doctrinæ: verùm vt in vnitatem fidei concurrerent, & in charitate connexi per iuncturam ſubminiſtrationis, in vnum corpus ac ædificium coaleſcerent: Caput vnum toti corpori adaptauit, quod ipſum corpus adunatum vegetaret ac regeret: fundamentúmq; collocauit, quod ſtructuram myſtici huius templi vniuerſam ſua firmitudine ſuſtentaret. Dedit Doctorem & Legiſlatorem quem cuncti audirent, Patrem cui omnes obedirent, Paſtorem cui omnes adhærerent, Magiſtrum quem vniuerſi in rebus ponderoſis & dubijs ſemper conſulerent, Iudicem deni-
Digitized by Google

que ad quem omnes confugerent, & cuius arbitrio (cùm apud eum tota regni ſpiritualis conſiſteret auctoritas) omnia diſſidia ſopirentur. Nec enim ſolùm fidelis populus, ſine hoc vniuerſitatis Epiſcopo poterat conſiſtere : ſed nec ipſi Paſtores & Præſules, qui in partem ſolicitudinis vocati ſunt, abſque hoc Dei viuentis Generali Vicario, ſacro ſacerdotij vertice, ſummo Pontifice & Primate œcumenico, potuiſſent vnquam inter ſe vnitatem ſpiritus conſeruare, nec munus ſuum pacificè exequi, proindéque nec creditarum ſibi Eccleſiarum ſtatui quietè proſpicere, nec in vniuerſalis Eccleſiæ commodum vnanimiter conſpirare, nec propriæ ſedis & dignitatis gradum & iura retinere & tutari. Certè ab ipſis Apoſtolorum temporibus ad

Digitized by Google

hos vſque dies Eccleſia Chriſti Catholica hanc myſtici Capitis vnius neceſſitatem & vtilitatem experta eſt, Præſuléſque omnes qui quaqua orbis parte Dominico ouili ſubalterna cura præfuerunt, idipſum varijs occaſionibus & exemplis ſunt profeſſi. Et verò ſine hoc capite nec Eccleſia ab incunabulis ſuis conſtitiſſet. Quis enim eius crepundia promouit? Petrus. Quis incrementum eius prouexit? Primus omnium, Petrus. Quis Gentes cum Iudæis primùm conciliauit? Petrus. Quis Apoſtolos primùm defendit? Petrus. Quis Eccleſias Samariæ & Syriæ in ipſo ortu nutantes ſtabiliuit? Petrus. Quis aſſociationis ſuæ dextera Euangelicos præcones Paulum & Barnabam coniunctos ſibi in opus myſterij, ad quod diuinitus vocati erant, adlegit? Petrus.

Quis

Digitized by Google

Quis Euangelium ipſum, quod prædicabant in gentibus, ſua auctoritate probauit? Petrus. Quis Hierarchiam compoſuit, quis plebes collegit, quis primos Epiſcopos in Oriente & Occidente ordinauit, quis Apoſtolicas ſanctiones quibus ſeipſos & Eccleſias commiſſas illi regerent, præſcripſit? Petrus. Quis denique Crucifixi hoſtes proſtrauit, trophæa crucis in arce Imperij erexit, ſedem Chriſti in ſolio Romanorum Cæſarum collocauit, Pontificatum Chriſtianæ legis ſupremum in excelſiori mundi ſpecula ſtabiliuit, Paſtores vniuerſos toto orbe diffuſos ſuis ſcriptis, ſua voce in munere roborauit, ſuo exemplo confirmauit, dum ad mortem vſque fidelis, acceptam à Chriſto ſalutis humanæ procurationem ſuo cruore in inuerſa cruce perfuſo, fœliciter conſummatam gratanter

obſignauit? Petrus ſanè hæc omnia peregit, & non alius. Porrò ſine his Vicariæ Chriſti præfecturæ officijs nata nuper Eccleſia quomodo ſuccreuiſſet, quomodo inualuiſſet, imò quomodo ſubſiſtere potuiſſet? Subinde verò ſine Petri ſucceſſorum perenni cura & opera, quomodò huc vſque ipſa tot hoſtibus obſeſſa, tot caſibus attrita, tot fluctibus concuſſa incolumis perſeueraſſet? Perſecutores ſæuierunt, hæretici fremuerunt, ſchiſmatici graſſati ſunt, populi tumultuarunt, ipſi Præſules in inuicem exſurgentes acriter inter ſe ſæpiùs de iure & iniuria dimicarunt, Petríque nauiculam contentionum ſuarum motibus exagitarunt vehementer: ſic viſa eſt arca ipſa ſalutis, tot acta procellis, proximè peritura. At Petri ſucceſſores vt illius auctoritate pollentes, ſic ipſiuſmet conſtantia, vigilantia &

Digitized by Google

zelo prædìti, ab ea ſemper hæc naufragia depulerunt,& non minùs fortiter quàm fœliciter diſſiparunt eiuſmodi turbinoſa diſcrimina. Tyrannos ſiquidem , ſanguinem exſitientes fidelium, domitos & ſuperatos proculcarunt. Hæreticos virus ſuum ſpargentes,confuſos, damnatos, protritos exterminarunt. Schiſmaticos fidei & charitatis compaginem ſubdola machinatione diſſoluere adnitentes, repreſſerunt. Populos nutantes in doctrina confirmarunt , laſciuientes in moribus correxerũt, immorigeros,ſub diſciplinæ iugum, paternè coërcitos reuocarunt . Inſuper & plebium Paſtores ac Rectores, vel in munere deſides excitarunt , vel errantes redarguerunt, aut ignaros docuerunt,aut oppreſſos erexerunt. Porrò in honore quos reperêre ſuperbientes , poteſtate abutentes, aliorum

Digitized by Google

iura inuadentes, in ordinem poten-
ter coegerunt: æmulos denique in
inuicem, modeſtię & charitatis com-
monefactos, ad pacis & mutuæ dile-
ctionis iura & obſequia prouida ſoli-
citudine reduxerunt. Vnde nec mirũ
eſt ſi non modò fidei Principes, do-
mus Dei Rectores, totius Eccleſię cu-
ratores, ipſi demeruerint appellari;
ſed inſuper omnium conſenſu habiti
ſemper fuerint ſynceri religionis cu-
ſtodes ac vindices, & morũ ſupremi
cenſores, rerũ deniq; arbitri, & orbis
vniuerſi caduceatores, mediatores
atque ſequeſtri. Chriſti Domini
Seruatoris, Pontificem Romanum,
vicariam gerere perſonam, fides Ca-
tholica profitetur: & certè Chriſti
officium & munus præcipuum fuit
conciliare ſeu pacificare omnia ſiue
quæ in terris, ſiue quæ in cœlis ſunt:
quamobrẽ illum per Melchiſedech
(qui dictus eſt Rex Iuſtitię & Rex pa-

Digitized by Google

cis) Apoſtolus inſinuat fuiſſe adumbratum: quia repreſſa iniquitate & reddita iuſtitia, æternã pacem æquitatis ſuæ virga ſtabiliturus eſſet; ſicque iuſtus & pacificus Rex perenne in cœlo & in terra imperium conſequuturus foret. Ideóque perfecta pace ab eo in cælis inſtaurata, ne in terra illa iam quæſita & ſuo parta cruore aliquando deficeret, ſacerdotale regnum in militante ſua Eccleſia inſtituit, cuius ſoliũ & apicem, munus & honorem S. Petro & eius ſucceſſoribus perenniter attribuit, hoc titulo, hac lege, vt gloriam ſuam in terra ex ſuſcepto officio propagarent, & pacem & iuſtitiam ſtudioſè percolerent, quibus regnum illud vniuerſum inter mortales conſiſtit. Licèt enim pacem euangelizare cunctis ſuis Diſcipulis præceperit, nulli tamen niſi Petro gladium, aut educere, *Act.* 10. 13. aut recondere,

Digitized by Google

Ioan. 18. 11. demandauit. Hunc vnum igitur & Iuſtitiæ zelatorem deſignauit & pacis cultorem: quocirca & ipſum voluit ſpiritu oris ſui interficere Ananiam, & Thabitam viuificare; inferorum portas comprimere, & cœlos reſerare; lupos arcere, & paſcere oues; incredulos arguere, & confirmare fratres. Et verò Petrus, dum Pontificio Chriſtiano fungeretur, Chriſti regnum in Pace & Iuſtitia iugiter gubernauit. (Quapropter filius columbæ, vt docet B. Hieronymus, appellatus eſt) nihílque ſuis actis, dictis & ſcriptis, ſucceſſoribus ſuis niſi vtriuſque ſtudium & cultum inculcauit. Inde Clemens primarius eius Diſcipulus & non infimus ſacræ dignitatis hæres, eodem ſpiritu imbutus, Eccleſiarum motus & plebium ac Præſulum iurgia, ſua auctoritate ſedulò compeſcuit, repreſſiſque diſſi-

Digitized by Google

dijs pacem inter Chriſti membra Apoſtolico prorſus ſtudio reſarciuit. *Sub ipſo* (ſcribit S. Irenæus) *diſſenſione non modica inter eos qui Corinthi eſſent fratres facta, ſcripſit potentiſſimas literas Corinthijs, ad pacē eos congregans & fidem eorum reparās:* quæ ſanè Epiſtola, vt Apoſtolica, S. Hieronymi, qui id atteſtatur, tempore, in Eccleſijs ad huc publicè legebatur. Victor autem ſubinde Papa & Martyr eiuſdem ſacri officij ſtrenuum ſeſe miniſtrum exhibuit, dum tumultuantes ob Paſcha Aſiaticos Præſules diris coercuit, & reſipiſcentes ac morem capiti ſuo tandem gerentes, in gratiam ac communionem recepit. Sic Stephanus Pontifex itidémque athleta Chriſti eximius, eodem ſolio euectus, Africanos Epiſcopos inter ſe de baptiſmo hæreticorum diſſidentes potenter repreſſit: ſubindéque ad cor reuer- Lib. 3. c. 3.

Digitized by Google

ſos paterno amore amplexatus eſt. Zoſimus querelas Arelatenſis & Viennenſis Eccleſiarum ſuo decreto ſedauit. Leo diſſidia de prærogatiua inter Conſtantinop. & Alexandrinam Eccleſias, edictis ſuis cohibuit, pacem vtrique reſtituit. Sic inter Gradenſem & Aquileienſem, inter Toletanam & Bracarenſem, inter Eboracenſem & Cantuarienſem, inter Bituricenſem & Burdegalenſem ſuborta de Primatu, vel mutuis ſedium iuribus, iurgia, poſteri Pontifices Apoſtolici ſua ſacroſancta auctoritate diremerunt, iuſtitiæque vigore repreſſis quorumcumque Præſulum ambitibus & iniuſtis conatibus, pacem Chriſtianam, quæ his conflictibus non mediocriter turbatur, fœliciter reſtaurarunt. Tu verò Beatiſſ. Pater, horum pietatis & iuſtitiæ principum, Eccleſiarum orbis ſummorum moderatorum,

Digitized by Google

deratorum, ac Epiſcoporum omnium, Hierarcharum & Archipaſtorum, ſolium meritiſſimus tenes; idémque, arcanis diuinæ prouidentiæ conſilijs, diebus iſtis, obtines ſummum noui fœderis Pontificium, ſacræ poteſtatis culmen, religionis faſtigium: ſcilicet vt Chriſti Triumphatoris in terris vicem gerens, *officiúmq; Spiritus Sancti* (vt 8. Synodi Patres loquũtur) exequẽs, oleam pacis orbi Chriſtiano porrigas, virentẽ eius ramum columbino roſtro in arcam inferas, fidéq; & iuſtitia præcinctus, inimicitias, vti fecit Chriſtus ipſe, interficias, pacis & concordiæ fœdera cuſtodias, mutuam inter Eccleſias dilectionem & cõteſſerationem tuearis; ne ſcilicet in vno corpore Chriſti myſtico membra in vnitatẽ fidei congregata, aduerſum ſe contentioſè depugnẽt, ſed omnes vnum cor & anima vna fiant in Domino.

Digitized by Google

c.12. Duos fratres refert S. Lucas aliquando de hæreditate paterna contendiſſe, alterúmque ex illis à Domino ſuppliciter petijſſe, vt fratrem ſuum cogeret ad diuidendam ſecum hæreditatem. Abnuit hoc pius Dominus, negans ſe à Patre æterno conſtitutum fuiſſe diuiſorem. Et verò Deus non eſt *Deus diuiſionis ſed pacis*, Chriſtúſque ipſe pax noſtra, ac lapis angularis & coagulatorius qui diuerſa condit in ſemetipſo, faciens vtraque vnum. Negauit igitur veriſſimè ſe datum fuiſſe à Patre cæleſti inter fratres diuiſorem; quem & inter hoſtes ipſe Pater propitiatorem, mediatorem, conciliatorem, pacariúmque conſtituerat. Perſimile igitur æquum eſt, nos inpræſentiarum à Te Sanctiſſ. Pater, qui Chriſti perſonam ſuſtines in terris, officióque ipſo perfungeris, actum expectare & audire reſponſum. Ecce &.

Digitized by Google

duo fratres & duæ ſorores, de myſtica hæreditate altercantur, de finibus, de iuribus mutuis animosè decertant: nec enim modò Lugdunenſis Eccleſia contra Pariſienſem, pro honorum & iurium augmento colluctatur, ſed ipſe Lugdunenſis Antiſtes in me Pariſienſem inſurgit, fines meos peruadit, antiquos tranſgreditur limites, in hæreditatem meam irruit, illúmque honorem quem Metropolitæ decus, quem proprij Epiſcopi dignitas mihi propria in ſede tribuit, adnititur ad ſe traducere. Erecta cruce vult per regiam vrbem, cuius Antiſtes ſum ordinarius, procedere, conſecrationibus Epiſcoporum Patriarchali apparatu non modò intereſſe, ſed præeſſe, Benedictionem Pontificiam in populum profundere, ſacra ſupremæ poteſtatis inſignia vbique & quandôque libuerit gerere: me verò

Digitized by Google

iubet ab eius occurſu, aut concurſu ſedulò abſtinere, & ne vnquam in myſticis cœtibus coram illo, vexillari cruce præerecta (quæ Metropoliticæ meæ dignitatis genuinum indicium eſt) compaream, diſtrictè vetat: nec verbis contentus ad facta progreditur, quódque iure nequit conſequi, iniuria vendicare conatur. Clamo autem interea, ſi res ita ſe habeant, me nimiam dignitatis iacturam perpeſſurum: tantum dedecus Eccleſiæ meæ meo tempore irrogari ſi ſinerem, grande piaculum me fore admiſſurum: Inſuper crediti mei muneris functionem ſic me fere omnem amiſſurum, cùm exploratum ſit me vt inſignibus, ſic etiam iuribus, ingenti ludibrio, ſpoliatum, officium paſtorale minimè exequi poſſe. Proteſtor denique, his artibus & conatibus ac ſpecioſo Primatus obtentu Epiſco-

Digitized by Google

patum obrui, Metropolitæ munus ſubuerti, Hierarchiæ Eccleſiaſticæ ordinem confundi, & ipſius ſummi Pontificis conuelli poteſtatem & ſurripi gloriam. At Lugdunenſis Præantiſtes cœptis nihilominus adhæreſcit, quærit meæ hæreditatis, meæ dignitatis diuiſorem; perquirit qua arte, qua auctoritate honoris mei portionem, mihi auferre, & ſibi conciliare poſſit. Sed non quem perquirebat potuit in Gallia, ipſe frater meus, diuiſorem reperire. Obteſtor etenim omnes quos conuenit ille Præſules, ne aures tam nouis, tam iniuſtis poſtulatis accommodent, & ne auctoritate ſua illi aliquo pacto opitulentur. Profiteor inſuper nullum eſſe in Gallia Antiſtitem, qui cauſæ huius examen & iudicium ſibi attribuere queat: cùm exploratum ſit vnum ſolúmque ſupremum Pontificem, datum fuiſſe

Digitized by Google

in terris à Deo honorum ſacrorum impertitorem, dignitatúmque & iurium Eccleſiaſticorum iudicem & vindicem. Proinde ad nullum aliud quàm ſacrum eiuſmet Chriſti Vicarij tribunal, hanc controuerſiam poſſe, vel debere referri. Verùm his rationibus non cedit, his proteſtationibus non defert ipſemet Archiepiſcopus Lugdunenſis. Cauſatur etenim ad Pontificem ſummum, diutinum nimis eſſe recurſum, eiúſque iudicium expetere, nihil aliud eſſe quàm moras nectere. Quominus tamen cauſa ipſa ad illum (quantum attinet ad iuris diſquiſitionem) referatur, ſe non omninò inficiari: at interea contendit, vehementiúſque inſtat, fiduciarium vſum, noui quem ambit honoris, ſibi (quia hunc ex ipſo ſuæ dignitatis titulo habeat) adjudicari. Cùm verò nec id conſequeretur, Regem noſtrum Chri-

Digitized by Google

ſtianiſſimum, veſtrum & Sanctæ Sedis primogenitum filium, Deo Principem perdilectũ, ſupplex adit, feruentiúſque compellit vt votis ſuis velit annuere. At Rex religioſiſſimus, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari tantùm obeunda; quæ verò Dei ſunt, Deo & eius in terris Vicario reſeruanda eſſe, palam pronuntiat. Sícque rei ſacræ cognitionem abs ſe è limine depellit. Vrget nihilominus D. Lugdunenſis, & vt ſaltem de fiduciaria prætenſionis fruitione feratur à ſacris proceribus ſententia, Chriſtianiſſimam Majeſtatem deprecatur. Rex tandem optimus permittit, vt donec totius litis examen & dijudicatio, ad veſtrum thronum referatur; de rerum vſu tantùm ab Illuſtriſſ. Cardinalibus & Reuerendiſſ. Præſulibus, qui erant in comitatu, diſquiſitio fiat. Conueniunt igitur Cleri principes, Rege annuen-

te, Apocriſario veſtro Illuſtriſſimo aſſentiente, agúntque de hoc negotio, vel amicè componendo, vel ad Sanctitatem veſtram plenariè remittendo : ſed vtrique propoſito Dominus Lugdunenſis obluctatur, contendítque prorſus ſecundùm ſe pronuntiari oportere. Verùm morbo detentus ego per internuntios ſacrum cœtum interpello, ne tam grauis controuerſiæ iudicium ſibi tribuat, quam conſtat Dei legem, priſcos Canones, praxim Eccleſiæ vniuerſæ ad Sedis Apoſtolicæ arbitrium referre. Me etiam profiteor non poſſe integra conſcientia de meo iure & honore Eccleſiæque nobiliſſimæ mihi creditæ dignitate, coram vllo Iudicum conſeſſu, diſceptare; ſed ſummi Pontificis ſolius me poſſe ſiſtere iudicio. Maximè cùm Domini Lugdunenſis prætenſio noua ſit penitus, & de re ex ſe gra-

Digitized by Google

grauiſſima, vt quæ non modò Primatus iura depoſcat, ſed ſupremi in Gallia Patriarchatus poteſtatem & gloriam exigere videatur. Sedem Pariſienſem ideò nouo hoc conatu humiliari, vt Lugdunenſis, cuius Primatus ſi non planè vmbratilis, ſaltem hactenus exilis eſt, ſuper omnes alias Gallicanas ſublimiter efferatur & efficaciter exaltetur. Hoc verò potiſſimùm ad Primatem Eccleſiæ œcumenicum & Pontificem Maximum pertinere, quoniam eius ſit ſingularem Sedis ſuæ ſupremæ prærogatiuam tueri, & vnicuique Antiſtitum, honorum & dignitatum proprios gradus diſtribuere, menſuram poteſtatis præſcribere, iura quarumlibet Eccleſiarum ſeruare, & omnem ambitum & iniuſtitiam coercere. Inſtantiùs igitur ſubinde flagitabam, vt ad Petri Thronum, in quo totius Eccleſiæ

Digitized by Google

reſidet auctoritas, imò ad Petri ſucceſſorem, in quo conſiſtit ipſa Chriſti poteſtas, totum hoc diſſidium remitteretur, nec interea aliquid omnino decerneretur. Id verò contendebam, non tam ne quid detrimenti mihi contingeret, quàm ne Tuæ & Sedis Apoſtolicæ auctoritati & reuerentiæ tantillum derogaretur. Egit hoc ipſum mecum apud Præſules ipſos, Illuſtriſſ. Sanctitatis Tuæ Nuntius, qui & cauſæ quam propugnabam, iuſtitiæ & rectæ intentionis meæ, ac perfectæ in ſedem Apoſtolicam propenſionis & deuotionis conſcius, vota mea & conamina rata habuit, & vt hanc litem ad ſupremum tuæ Apoſtolicæ Majeſtatis iudicium reuocaretur, vt canonica docet auctoritas & res ipſa exigit, vehementer inſtitit. Verùm ſacri Gallicani Cleri Præſules, non adeò indigebant monitore, vt Tuæ

Digitized by Google

Beatitudini deferrent, ſed anteceſſorum ſuorum qui impensè ſemper Petri Cathedram coluerunt, tuíſque ſanctiſſimis deceſſoribus ſupremum rerum ſacrarum arbitrium, vt Deus voluit, retulerunt, pia veſtigia inſequentes: Tuo inuiolabili iudicio hanc integram controuerſiam dimittendam eſſe vnanimiter decreuerunt: Non enim vt Schiſmatici illi ſe geſſere, qui in pſeudo-Concilio Conſtantinopolitano B. Ignatium egregium ipſius Ciuitatis Archipræſulem, contra eorum conflatam aduerſum ſe à Photio conſpirationem, ſummi Pontificis nomen ac numen interpellantem, impiè ac irregulariter condẽnatum furiosè oppreſſerunt. At Chriſtianiſſ. iſti Gallicanæ Eccleſiæ Antiſtites, *reſpicientes ad lapidem vnde exciſi fuere Patres ſui, faſtigium virgæ tuæ paſtoralis adorantes*, illico hono-

rem tuæ Celſitudini impenderunt. *Mox ac facta eſt vox ſub firmamento, ſubmiſerunt alas ſuas.* Nam nuncupata à me Tua Sanctitate, interpellata tua auctoritate, expoſtulato tuo ſacratiſſimo examine, mox ab ſe omnem cauſæ huius diſquiſitionem ablegarunt, & tuæ ſanxerunt totam eſſe reſeruandam Sanctitati. Verùm non ita facilè Præſulem Lugdunenſem compulerunt, ad tam piæ conſultationi adquieſcendum. Ipſe enim niſi voti compos mox fieret, non poterat ſibimet ſatisfacere. Attamen ne notam contentioſi hominis incurreret, tandem declarauit, ſe quidem Sedis Apoſtolicæ iudicium nolle hac in parte declinare; quapropter & literas compromiſſorias è veſtigio concinnauit, quibus quidquid ſibi hac in re iuris ſuppeteret, tuo ſupremo arbitrio perfunctoriè relinqueret. At con-

Digitized by Google

tendebat interim pertinaciùs, vſum
prærogatiuæ illius (quam certè ſine
iure, ſine exemplo affectabat) in vr-
be regia, ſibimet à ſacro cœtu eſſe
concedendum, ídque etiam ipſis
exaratis à ſe cõpromiſſorijs chartu-
lis exigebat; quibus cùm me quo-
que ſubſcribere expoſceret, ne præ-
iudicium incurrerem manifeſtiſſi-
mum, hac tandem vſus ſum mode-
ratione, vt excluſa fiduciarij vſus
clauſula, alias darem à me ſubſcri-
ptas literas, quibus Sanctitatis tuæ
beneplacito plenariè me ſubmitte-
rem, tuúmque angelicum, imò di-
uinum iudicium (quod toties inter-
pellaueram) me apertè &c. ſimplici-
ter profiterer hac in tota controuer-
ſia lubentiùs ſubiturum. Grata fuit
ſacris Proceribus meæ huius ſubmiſ-
ſionis ſyngrapha: Quapropter illam
cum ipſius Domini Lugdunenſis
Chartula, ad Sãctitatis tuæ Illuſtriſ-

Digitized by Google

ſimum Nuntium ſolemni inſignio-
rum Præſulum comitatu tranſmiſe-
runt: rogantes obnixiùs vt vtram-
que ſcedulam in Gallicanæ deuotio-
nis & reuerentiæ erga te ſummum
religionis Antiſtitem ac ſedem Apo-
ſtolicam, perpetuum monumẽtum,
non modò aſſeruandam reciperet,
ſed & ad Sãctitatem Tuam cum pro-
prijs vtriuſque partis commonito-
rijs & inſtructionibus (quas proximè
de proprijs iuribus illi vtrimque tra-
dituri eramus) emittere, ad Apoſto-
licum iudicium ſuper hac contro-
uerſia eliciendum, pro ſua inſigni
pietate, in ſedem Apoſtolicam fi-
deli obſequio, & credito ſibi à Bea-
titudine Tua in Gallia ſacroſancto
munere, dignaretur. Benignè de-
poſitum admiſit perilluſtris Nun-
tius, omnémque operam pollicitus
eſt, ſe hac in re pro huius diſſidij
conciliatione apud Tuam Sanctita-

tem impenſurum. Ego igitur vt meo muneri & ſtatutis conditionibus ſatisfacerem, quia coram agere tam iuſtam quam propugno cauſam, in Apoſtolatus tui audientia nequirem, neceſſarium duxi ſcriptis meam & ſedis meæ defenſionem contra tam inſolitos Præſulis Lugdunenſis conatus illicitóſque exceſſus inſtruere, ac apud tuam Beatitudinem Apologetico Libello, publicè ſacro Tuo nomini conſecrato, ipſius Archiepiſcopi Lugdunenſis canonicè diſcuſſo molimine, meæ reluctationis approbare æquitatem. Tota ſanè quæſtio in hoc vertitur, An Lugdunenſi Antiſtiti (poſito quòd ſit certus & indubitatus Galliæ Celticæ Primas) hoc titulo competat, ſummorum Patriarcharum iura ſibi vindicare: & ſic an ipſi ſubinde liceat extra propriam prouinciam, vexillarem crucem ſupre-

Digitized by Google

mæ poteſtatis ſignaculum vbilibet in Gallia, maximè verò in vrbe regia publicè præ ſe ferre, Metropolitano præſente, inuito, ſuíſque inſignibus (quorum crux peralta præcipuum eſt) ſpoliato. Liber verò iſte inter cætera neruosè probat Lugdunenſem Archiepiſcopũ minimè Galliarum Primatem eſſe, ſed nec ſolius Galliæ Celticæ eſſe indubitatum Pręantiſtitem. Nullo pacto eſſe Patriarcham, nec quid cum magnis Patriarchis habere commune. Porrò nec ex Apoſtolica conceſſione, nec ex canonica diſpoſitione, nec ex generali, aut ſpeciali conſuetudine illi competere, vt prærogatiua, quam tanto æſtu affectat, fruatur. Denique planè conuincit ipſemet libellus, nouum hunc eſſe conatum, quem Lugdunenſis Præſul nullo ne dicam poſſit iure fulcire, nulla ratione firmare, nullo ſupe-

Digitized by Google

ſuperiorum temporum exemplo approbare; ſed nec aliquo æquitatis, aut congruitatis fuco tingere, aut vllo quouis modo tueri: Quandoquidem, etiamſi eſſet Pręſul Lugdunenſis vniuerſæ Galliæ Primas, hoc tamen decus, quod ſibi conciliare tanto feruore ſatagit, non ideo poſſit ſibi canonicè arrogare, quinimo nec deberet illud prætendere, minùs ſibi vendicare conari; obſtante videlicet (cum ipſo rerum præſenti ſtatu) legitima præſcriptione, aliorum Galliæ Primatum, illo inſigniorum, perenni reluctatione; inſerta diplomati Apoſtolico (quo Primatus Celticus illi conceſſus eſt) iurium Primatialium expreſſa reſtrictione; inſuper & priuilegij hac in re illi deficiente præſidio, & rationum, quibus id conſequi vnquam poſſit, vel quondam potuerit, ſuffragio. Hunc igitur li-

c

brum, quem ſanè æquitatis zelus dictauit, pietatis ardor ſcripſit, calamus orthodoxæ doctrinæ liquore tinctus exarauit, vir Eccleſiaſticus velut apis argumentoſa ex ſacrę ſcripturę oraculis, ſummorum Pontificum reſponſis, Conciliorum decretis, ſacrorum Canonum ſtatutis, ſanctorum Patrum ſententijs, & Eccleſiaſticæ hiſtoriæ venerabilibus monumentis, concinnatum, TVO APOSTOLICO CVLMINI CONSECRAVIT; quem denique ipſa Sorbona ſapiētiſſimo ſuo iudicio comprobauit, Rex autem Chriſtianiſſimus expreſſo ſuo diplomate communiuit ac illuſtrauit: In ſubſidium neceſſariæ huius defenſionis (quam pro dignitate mihi à tua ſacra Sede, licèt immerito, collata, & Pariſienſi Eccleſia mihi commiſſa adorior) exero offeróque, ac Pontificię tuæ Majeſtatis ſacris veſtigijs ſupplex

Digitized by Google

& venerabundus ſubijcio. Non quidem vt æqui & iuſti tibi ſit norma, qui æternæ ſapientiæ vice in terris perfungeris, omniáque iura pectoris tui Apoſtolici complecteris ſacrario; ſed vt mihi & ſucceſſoribus meis, contra aduerſarios, aut æmulos certum ſit propugnaculum & tutela: Lugdunenſibus autem Præſulibus perpetuum moderationis monimentum, imò Gallicanæ Eccleſiæ, in Romanam omnium matrem & magiſtram, deuotionis & ſubmiſſionis, meæ quoque erga tuam Beatitudinem, & Sanctam Sedem Apoſtolicam obſeruantiæ & reuerentię perfectique obſequij, æternum memoriale, & (quod longè præſtantius eſt) Iuſtitię tuæ ac pietatis apud ventura ſæcula perenne, ac indelebile monumentum. *Deum producere ventos de theſauris ſuis* Rex

Deo dilectus aſſeuerat. Hanc ſanè procellam tui Pontificatus tempore crediderim Dei prouidentia, ac eximio munere exortam, vt qua æquitate & ſapientia Eccleſiam modereris, futuris ſæculis hac occaſione innoteſcat. Sicut enim Salomon Rex ſapiens & pacificus, mirabili iudicio, quo integrum puerum (quem æmula diſſecandum expetebat) matri ex intimo amore propalatæ, reddendum edixit, ſuam cum ſapientia æquitatem orbi vniuerſo fecit conſpicuam, & celeberrimam effecit: Sic planè ex oraculo, quod in hac cauſa è cordis ſacratiſſimo ſcrinio deprompſeris (Pariſienſi Eccleſiæ proprium honorem decernendo integrum eſſe conſeruandũ) vniuerſæ non modò per orbem cui præſides Eccleſiæ, ſapientiæ tibi diuinitus datæ ac Iuſtitiæ, cuius

Digitized by Google

zelo perenni ferues, egregium facinus exhibebis: ſed toti quoque fidelium ad vltimum vſque diem poſteritati earumdem ſpecimen eximium præſtabis, tibíque ex hoc comparabis immortale glorię tropheum. Vrbani ſeptem Pontifices, qui te in hoc ſacratiſſimo Apoſtolicę celſitudinis faſtigio, ſedis tempore præceſſerunt; varijs geſtorum meritis in Eccleſia hactenus celebrantur. VRBANVS I. qui Pontificium ſuum etiam Martyrio decorauit, hoc nomine laudatur, quòd tremenda ſalutis noſtræ myſteria in vilioris materiæ vaſculis ob graſſantes perſecutiones, confici ægrè ferens, vniuerſa quæ fictilia erant, aut lignea, vel cuprea confregerit, & ijs argentea ſubſtituerit & aurea. VRBANVS II. inde etiam commendatur, quòd pro Crucifixi gloria æſtuans, Galliam vniuerſam

Digitized by Google

contra impios redemptionis noſtrę locorum inuaſores, diuina adhortatione concitarit, ſicque ex harum belluarum faucibus Chriſti recuperarit hæreditatem: Inſuper & ex egregia in Sanctiſſimam Dei genitricem deuotione idem Pontifex prędicatur, quòd eius officium diurnum à ſeipſo exaratum Clericis recitandum & tradiderit & præceperit. VRBANVS III. laudem inde non minimam ſibi conciliauit, quòd Chriſtianos Principes ad debellandos in Oriente Crucis hoſtes, religiosè congregatos, ſed acri æmulatione contendentes, Apoſtolica ſua ſolicitudine & paterna adhortatione concordes effecerit, ac prorſus reddiderit vnanimes. VRBANVS IV. memoriam ſuam benedictione perpetua dignam in Eccleſia reliquit, ex feſto auguſtiſſimi Sacramenti, quod in iugem tanti benefi-

Digitized by Google

cij recordationem, ac cœleſtis ipſius myſterij ſolemnē aduenerationem, quotannis celebrandum inſtituit. VRBANVS V. dignus Apoſtolorum hæres, perennem ex eorum honorificatione gloriam promeritus eſt. Siquidem BB. Petri & Pauli Capita, hactenus parum inſigni & digno cultu condita, auro & gemmis à ſe exornata, ſolemni triumpho in Lateranenſi Baſilica, perpetua fidelium deuotione percolenda, religioſſimè collocauit. Agnis præterea cereis, balſamo & Chriſmate perfuſis, à ſéque benedictis, mira Chriſtiano populo beneficia impertitus eſt. VRBANVS VI. zelo domus Dei ſuccenſus Eccleſiæ militantis acies, hoc eſt ſacros religioſos ordines, nonnihil ab antiquo tramite deflectentes, ad rectam inſtituti ſacri rationem reduxit, inprimíſque Canonicos regulares Apoſtolicæ vrbis reforma-

Digitized by Google

uit. VRBANVS VII. pauperum amator, vndecim licèt dumtaxat dierũ geſſerit Pontificium, maximam erga eos charitatem demonſtrauit: quandoquidem mox ac electus eſt, mandauerit per omnes parœcias vrbis, nomina omnium pauperum conſcribi & ſibi tranſmitti, vt eis per hebdomadas ſingulis iuſtas eleemoſynas decerneret: Ideóq; quamuis Apoſtolica Tiara non potuerit, præ temporis quo ſedit anguſtia, exornari, immarceſſibilem tamen recepit in cœlis gloriæ aureolam, qua ob inſignem miſericordiam à Chriſto demeruit in cœlis coronari. VRBANI igitur quotquot ſedere in Petri ſolio Pontifices, proprijs virtutum meritis illuſtre ſuum nomen in vtraque Hierarchia cœleſti & ſubcœleſti reddiderunt. Quibus ſanè cùm ordine octauus acceſſeris, merito tamen haud poſtremus iam

haberis,

Digitized by Google

haberis, vt qui eorum non modò ſedem aſſecutus, ſed virtutes complexus, inter omnes vt ſol inter aſtra eximio ſplendore (quem totus orbis ſuſpicit & miratur) irradians vndequaque refulges. Etenim tua Sanctimonia omnes hos anteceſſores tuos (ſi primum ob Martyrij gloriam, & receptæ inter diuos memoriꝫ ſplendorem religiosè excepe-rimus) prorſus exæquas, doctrina facilè ſuperas, pietate antecedis, iuſtitiæ ac pacis amore præcellis, rerum denique geſtarum magnitudine & gloria trāſgrederis. Siquidem Eccleſiam non ſolùm, vt ſuo illi tempore fecere, regis, ſed rurſus erigis; nec modò eam ſeruas, ſed amplificas; fidem Catholicam non tantùm aſtruis, ſed & hæreſes cunctas deſtruis: iuſtitiam non ſolùm excolis, ſed & pacem ac concordiam inter omnes Chriſti cultores, Reges, Prin-

Digitized by Google

cipes, Præſules, Eccleſias, Gẽtes propagas & prouehis. Et certè hæc tam fauſta Pontificatus tui omina, Gentilitia tua ſtemmata iamdudum augurabantur. Quid enim trinæ tuę apes mellifluæ niſi bona deſignabãt multiplicia, ex hoc alueario in Eccleſiæ agrum proditura? Porrò & nomen ipſum quod tibi Pontifex delegiſti, nihil aliud quàm ipſius tui Pontificij ſuauitatẽ prænuntiabat: quid enim aliud Vrbanus ſonat, quàm vrbanitatem? Vrbanitas autem nihil aliud innuit, aut ſuggerit, quàm omnium virtutum, quæ ſummum Eccleſiæ principem egregiè decent, copiam & panopliam: Etenim ex eius ſinu benignitas, manſuetudo, clementia, imò pietas & iuſtitia, ſine qua ciuiles mores non procedunt, oriuntur. Cæterùm & numerus quo tibi hoc ipſum nomen Pontificale obtigit, id etiam ominatur. Etenim Octo-

Digitized by Google

narium eſſe æquitatis ſymbolum Pythagoræi docuerunt. Imò Principatus hieroglyphicum, cùm omnium ſenſibilium cuborum Principem locum teneat, & totius perfectionis habeat in ſe complementum. Veteres autem etiam cenſuerunt hunc numerum eſſe & vnitatis prædilectum filium, & rerum vniuerſitatis genuinum indicium. In ſacris verò ſcripturis paſſim illum deprehendimus inductum pro ſignaculo quietis & fœlicitatis. Denique quod his omnibus myſterijs longè præſtat, Dominus ipſe in Euangelio Matthæi, beatitudines per hunc numerum deſignat. Totius igitur Benedictionis, Beatiſſime Pater, nomẽ ac omen geris: nec dubium quin octonario nominis tui myſterio, omnia quæ per hunc mirabilem numerum ſignificantur, Deo qui te & ſacra Pontificatus Tiara, &

Digitized by Google

hac fœlicitatis teſſera, inſigniuit, opitulante, præſtabis exequeríſque. Hac igitur fiducia ſuffultus, en accedo ad ſacratiſſimum tuæ Apoſtolicæ Maieſtatis ſolium; pedibúſque tuis ſanctiſſimis obuolutus, ominis, nominis tui, ac muneris hoc ipſum efflagito, quo diuina prouidentia te, quem elegit, illuſtrauit fœliciſſimi Pontificatus ſacramentum. A te enim, qui non vrbis ſed orbis es Epiſcopus, qui maior ipſis Angelis quos Deus in vnaquaque gente poſuit rectores effectus, omnia ſubcœleſtia ſub alas tuas complecteris, qui poteſtatis plenitudine Eccleſias vniuerſas diuino nutu moderaris, qui vnitatis Eccleſiaſticæ es vertex, qui ſupremus ſacrorum es Antiſtes, qui in omnibus ſub Chriſto Primatum tenes, imò principatum, vel ipſis Angelis formidandum & reuerendum; obnixè peto, ac tota qua

poſſum animi deuotione & cordis affectu poſtulo, vt æquitate tui iudicij omnem à me & Eccleſia mea moleſtiam depellas ac iniuriam, veterémque dignitatem & iura quæ Dominus Lugdunenſis ſuo nouo molimine voluit temerare, tua ſacroſancta auctoritate, ſarta tecta conſeruare digneris; ambitúmque eiuſmodi velis intra canonicos limites recludere. Iube Sanctiſſime Pater vt res eo ſtatu perſeuerent, quo hactenus ſub tuis glorioſis deceſſoribus conſtiterunt. Prohibe ne Lugdunenſis Antiſtes ſibi arroget iura quæ maiores ſui numquam habuerũt nec affectarunt, quæque anteceſſores tui neutiquam illis, vel cogitarunt impertiri; Cohibe Lugdunenſis Eccleſiæ potentiam, extra fines ſuos erumpentem, & ſummi Pontificij ſplendorem artificioſè æmulantem.

Digitized by Google

Comprime nouæ ſeruitutis iugum, quod illa Metropolitanæ Eccleſiæ nobiliſſimæ ſibi ſuffraganti, conatur imponere. Protege ab hoc turbine (quæſo) præcipuum Liligeræ Eccleſiæ Gallicanæ floſculum, libera ab hac concuſſione nobiliſſimum Francorum regni ornamentum, Regiam Lutetiam, Virginis Deiparæ patrimonium, S. Dionyſij hæreditatem, Chriſtianiſſimorum Regum ſolium, orthodoxæ fidei arcem, ſapientiæ ſedem, Orbis poſt Romam tuam ocellum. SIC SANE AB VRBE TAM INSIGNI SERVATA VRBANVS, vt nomine, ſic re & merito in Orbe perpetim prædicaberis; pacémque & vnitatem Eccleſiarum etiam quam opportunè reſarciens, nobis & vniuerſæ Hierarchiæ Gallicanæ perfectam depromes quietem & fœ-

Digitized by Google

licitatem exoptatam. HANC IGITVR GRATIAM à tua æquitate & pietate expecto, hanc benedictionem, Pater, Sanctiſſime à tua Beatitudine ſupplex, humilis, deuotus efflagito; quam ſanè, omnia quæ Deus in te abundè contulit dona & munera humana, Apoſtolica, atque etiam Angelica mihi non obſcurè pollicentur. Meæ verò partes erunt æternam ipſam Majeſtatem interea deprecari, vt Sanctitatem tuam non modò Galliæ noſtræ, ſed vniuerſo orbi ad vberius Eccleſiæ ſuæ commodum & copioſius gloriæ ſuæ incrementum conſeruet incolumem, tuúmque iſtum Pontificatum maximè diuturnum efficiat: vtque nomini tuo & tot fauſtè cœptis, conſiliorum ac rerum magnitudine reſpondeat, curſum eius iubeat eſſe fœlicem.

Digitized by Google

RELATIO AD SVMMVM PONT. Lutetiæ Pariſiorum prid. Idus Iun. anno humanæ ſalutis M. DC. XXVIII. Pontificatus tui quinto.

SANCTIS-

Digitized by Google

SANCTISSIMO AC
BEATISSIMO
IN CHRISTO PATRI ET
DOMINO NOSTRO
DOMINO VRBANO
DIVINA PROVIDENTIA
PAPÆ VIII.

ANDREAS DV SAVSSAY
Protonotarius Apoſtolicus,

Humillima pedum oſcula beatorum.

DEBEBATVR *tuo culmini, debebatur ſummo ſacerdoti, Maximo Eccleſiæ Catholicæ Pontifici, cuius munere, officio & auctoritate nihil eſt in terris mirabilius, nihil illuſtrius, nihil ſanctius, Pariſienſis nobiliſsima Eccleſia, nuper à ſede tua Apoſtolica Metro-*

ã ij

politicæ dignitatis gloria inſignitæ; prima ei tanti honoris delati defenſio, prima illius Præſulis pro ſuis iuribus & ſacris inſignibus expoſtulatio, prima denique eorumdem libertatis & honoris propugnatio & tutela. Si enim antequam ſuper capita filiorum hominum Thronum tuum Diuina Majeſtas exaltaſſet, dum in Gallia apud Chriſtianiſſimum Regem noſtrũ, Apocriſarij Apoſtolici ſacro munere fungereris, Pariſienſem ipſam Eccleſiam, quæ in regni potentiſſimi & ampliſſimi arce præeminet, ob Beatiſſimæ Dei genitricis Tutelaris venerationem, Sancti Dionyſij Areopagitæ fundatoris ſuauiſſimam memoriam, cultus Diuini & diſciplinæ Eccleſiaſticæ, quæ mirificè in hac Eccleſia refulgẽt, ſplendorẽ, ſpeciali inter cæteras Gallicanas animi propenſione & cordis affectu proſequutus es: non vtique diffidendum eſt quin Te iam

Digitized by Google

Pontificio diademate redimito atque in ſolio Petri ſublimato (*ad quod te virtutum merita & totius orbis Chriſtiani vota, imò Diuina conſilia, prouexerunt*;) *eidem Eccleſiæ, quæ in Legato tuo de Latere, Illuſtriſsimo Cardinale Barberino, Sanctitatis Tuæ chariſsimo perdignóque nepote; B. T. non ita diu Lutetiam denuo inuiſentem, Pacem excolentem, & Lilia Chriſtianiſsima benedictionis Apoſtolicæ primitijs irrigantem, tam deuotè, tam honorificè ſuſcepit & coluit: Apoſtolatus tui præſidium impendes, eidémque ad te in neceſsitate ſua clamanti, & tuum ſacrum nomen, imò numen imploranti, auxilium & patrocinium exhibebis opportunum.* Dextera Apoſtolica (*vt ſcribebat quondam Alexandro III. Beatitatis tuæ ſanctiſsimo anteceſſori, Joannes Sariſberienſis*) ſicut teneras plantationes gratiæ ſuæ beneficijs,

ã iij

irrigare conſueuit, vt proficiant; ſic omnem, ne marceſcant, aut deficiant, concuſſionis moleſtiam aſſolet amouere. *Hoc igitur à Te iam obnixè efflagitant & ſedes Pariſienſis & Antiſtes, non modò vt Archiepiſcopale decus, quo primùm deceſſore tuo auctore, cæperunt enitere, Te quoque aſſertore illibatum perſeueret: Verumetiam, idque præcipuè, vt immunitas, libertas, dignitas, & ipſa iura antiqua, quibus tot ſæculis potiti ſunt, integrè conſeruentur, ab omníque qua ipſi iam concutiuntur oppreſsione liberentur, & intentata ſibi, nouo molimine, vindicentur, ſeruitute & iniuria. Sathan cribrare Chriſti Diſcipulos ſemper contendit: at nunquam deficit fides Petri, qui, vt ſtatuit Dominus, fratres in munere ordinéque proprio confirmet. Tuum eſt igitur, Beatiſsime Pater, qui Petri fidem & ſedem tenes, qui*

Digitized by Google

gregem Domini paſcis, qui ouile cuſtodis, qui nauiculam regis, qui vniuerſas Eccleſias, ſuprema auctoritate moderaris, omnibúſque earum Rectoribus Apoſtolica poteſtate præſides, iurgia enaſcentia inter eos compeſcere, motus ſuborientes ſedare, iuſtitiam poſcentibus miniſtrare, cuilibet, quod ſuum eſt, reddere, & vnicuique eorum ſtatuere, quos nefas ſit tranſilire limites. Non detrectat Pariſienſis Antiſtes, ſub ſacroſanctæ Majeſtatis tuæ imperio, Archiepiſcopo Lugdunenſi, vt Galliæ Celticæ Primati, canonicè ſubiacere, eíque illum honorem rependere, quem conſtat prædeceſſores ſuos Pariſienſes Præſules, Archiepiſcopis Lugdunenſibus (ex quo Celtico Primatu à ſede Apoſtolica illuſtrati fuerunt) de more & vſu in Eccleſia recepto, exhibuiſse: Sed tantùm expoſtulat, ne in immenſum hanc recentioris

Digitized by Google

Primatus prærogatiuam, Lugdunenſis modernus Antiſtes producat, néve huius prætextu, noua, inconceſſa, & immoderata iura exigat, quæ certum eſt non eſſe de iuſti Primatus ratione, ſed omnem ordinem confundere, omnem modum excedere, & quod grauius eſt, Pariſienſi ſedi & Præſuli magnum irrogare dedecus & incredibile diſpendium. Quid enim? Vult Lugdunenſis Archiepiſcopus in Pariſienſi regia ciuitate ſe ſolum ſacris inſignibus clareſcere, & omnem Pontificij ad ſe nititur traducere ſplendorem. Mandat ſiquidem Archipræſuli Pariſienſi, ne crucem vexillariam (dignitatis Metropolitanæ ſignaculum) propria etiam in vrbe, ſe præſente, gerere audeat. At illo, honoris eiuſmodi ornamentis ſpoliato, conatur ipſe Lugdunenſis Præantiſtes, cum hoc eodem apparatu per vrbis templa & compita procedere, benedictionem

dictionem in populum obeundo profundere, Epiſcoporum etiam Primatiæ ſuæ minimè obnoxiorum, ordinationibus (quæ crebrò in vrbe regia fiunt) intereſſe, & ſacra quælibet, cum hac Pontificiorum inſignium panoplia, pertractare negotia. Hinc igitur illa, quæ in Apoſtolatus Tui audientia nunc diſcutienda vertitur, controuerſia ſuborta eſt. Cùm enim hac lite ex improuiſo concitata, Pariſienſis Archiepiſcopus in media Sacrorum Procerum, tum fortè apud Chriſtianiſſimam Majeſtatẽ agentiũ, corona aſtruxiſſet; Id nec de iure, nec de more Archipræſuli Lugdunenſi licere, quandoquidem eidem nec diplomata Apoſtolica, nec canonica inſtituta, nec ipſe rerum vſus illi vllo pacto ſuffragarentur: Lugdunenſis Primas nihilominus in propoſito perſeuerans, decus ipſum propria auctoritate, indictáque cauſa, ſibi voluit arrogare; iámq;

e

de facto ſibi vendicaſſet, niſi Pariſien-ſis ipſemet Archiepiſcopus, ſumma qua potuit inſtãtia, Tuam, ſuper hoc nouo molimine interpellaſſet, Apoſtolicam Majeſtatem. Annuit verò opportunè votis eius, Chriſtianiſſimus Rex noſter, Chariſſimus filius tuus LVDOVICVS XIII. *qui pro ſua inſigni qua vbique triumphat pietate & iuſtitia, hanc cauſam* SANCTITATI TVÆ, *quam religionis apicem, & Paſtorum ouiúmque Ducem, ac ſupremum Eccleſiæ Iudicem, Diuina prouidentia conſtituit, integram voluit iuſſitque reſeruari: quatenus ab illo fonte duo iſti Præſules ius & ordinem perciperent, à quo veritatis oracula, dignitatum gradus, honorum inſignia, & ipſam ſacerdotij auctoritatem, illi, omnéſque cæteri quotquot in Orbe ſunt Eccleſiarum Præſides mutuantur.* AD TVVM IGITVR APOSTOLATVM, *hoc eſt ad ipſum Chriſti*

Digitized by Google

Tribunal, vicariiique eius Petri ſoliū, & ſupremum poteſtatis Eccleſiaſticæ Thronum, Pariſienſis Archiepiſcopus, pro Eccleſiæ & ſedis ſuæ iurium tutamine, pro propriæ dignitatis & honoris iuſta ac neceſſaria defenſione, ex Patrum praxi, Diuinæ legis præſcripto, officiique ſui debito, ſupplex & deuotus confugit, qua poteſt animi deuotione & cordis affectu BEATITVDINEM TVAM obteſtans ac deprecans, vt pro cauſa quam ipſe tuetur iuſtitia (quæ, vt confidit, Apologetico & ſupplici hoc libello, abundè teſtata & prorſus perſpicua euadit) Pariſienſem præfatam Eccleſiam, quam paterno hactenus amore fouiſti; ſeque ipſum eius Antiſtitem, quem tot gratijs honoribúſque S. T. ſibi pridem deuinxit; ab hoc nouo grauamine, quod irrogare Primas Lugdunenſis adnititur, velis tueri, digneriſque pro tua eximia, planéque Apoſtolica æqui-

Digitized by Google

tate properè liberare. Hanc verò gratiam, præter pios eiuſmodi deditiſſimi addictiſſimique tibi huius Præſulis affectus, à Tua quoque Beatitudine poſtulat vrbis Regiæ ſplendor; Eccleſiæ ipſius Pàriſienſis antiquitas & nobilitas; deceſſorum tuorum ſanctiſſimorum, continua in eamdem propenſio; Chriſtianiſſimorum in ipſam Regum, plurimis teſtata beneficijs deuotio; Antiſtitum, qui ab Apoſtolorum ferè temporibus eamdem Eccleſiam laudabiliter direxerūt, ſanctimonia & perennis adhæſio cum ſede Apoſtolica; Cleri religioſiſſimi populique optimi & copioſiſſimi intemerata in fide Orthodoxa conſtantia, ſumma erga ſupremos Pontifices obſeruantia & reuerentia, incredibiliſque ad Romanam Eccleſiā omnium principem zelus. Sed non hæc duntaxat eiuſmodi beneficium à Tua Sanctitate expoſcunt, ſed id magis exigit illud ipſum, quod Deus O. M.

Digitized by Google

præcipuo gratiæ ſuæ munere, ingenti generis humani bono; mirabilibus profectò ſapientiæ ſuæ æternæ conſilijs, Tibi credidit & contulit, ſupremum Eccleſiæ ſuæ Pontificium, Chriſtique ſui in terris ſacroſanctum officium, ac vicaria eiuſdem apud mortales præfectura. Chriſtus ſanè omnium Dominus ſeruatórque cùm in terris pro ſalute noſtra ageret, ſuborta tempeſtate, imperauit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna. Hoc verò & Alexander III. Sanctiſſimus deceſſor tuus, cùm à facie Frederici ſæui Imperatoris fugeret, mare nauigium non ferente, inſolitíſque motibus illi effugium denegante, Chriſti ipſius auctoritate fretus, cuius, vt Tu, vices gerebat, præſtitit admirãdo ſanè & peropportuno facinore. Tu verò, Sanctiſſime Pater, qui eadem poteſtate polles, ſi eodem Imperio vti volueris, hunc motum, hos fluctus, quibus nunc Lutetiana nauis quatitur &

Digitized by Google

concutitur, facilè compeſces ſedabiſque. Dic igitur, oro, Primati Lugdunenſi, iura ſuæ huius prærogatiuæ (qua tui Beatiſsimi anteceſſores, ſpeciali & gratuito munificentiæ ſuæ dono illum in maioribus exornarunt) plus æquo prorogāti & extra aluei ſui limites erumpenti, quod mari ſua abundantia exuberanti exundantique Deus ipſe legitur in libro Iob, inſonare. Circumdedi te terminis meis, & poſui vectem, & oſtia, & dixi; Vſque huc venies & non procedes ampliùs, & hîc confringes tumentes fluctus tuos. *Statim etenim ac perſimilem vocem vice Dei protuleris, quia hic Antiſtes à tuo nutu totus pendet, & potentiam tuam omnino reueretur, conquieſcet, feſtinúſque conſiſtet intra illos terminos, quos Apoſtolici Patres, glorioſi deceſſores tui, illi, ſacris ſuis ſanctionibus præfixerunt, quibúſque hactenus ſeſe continuerunt maiores ſui, qui ſanè*

Digitized by Google

Primatus Lugdunenſis iura, numquã ad vaſtiſsima hæc ſpatia extenderunt, ad quæ ipſe hodie contendit eadem propagare. Noua certè ea eſt intentio, nouus hucvſque & inauditus conatus, noua prorſus & præpoſtera querela: ſed quam ex antiquo rerum ſtatu & priſca venerandáque Apoſtolicæ ſedis canonum diſciplina, ſummáque qua præſtas auctoritate, potes, SS. Pater, ſi placet, facilè diſcutere & conciliare. Sicut enim olim in arcæ fœderis vtraque extremitate, duo Cherubin oppoſiti conſiſtebant, alis quidem expanſis ac in alterutrum erectis volitantes, ſed nihilominus ſeſe mutuò, verſis in propitiatoriũ obtutibus, reſpiciẽtes: ſic ſanè duo iſti Præſules Zeli ſui pennis inſtructi, pro ſuæ cuiuſq; Eccleſiæ iuribus acriùs concertare videntur; ſed aduerſus iſte volatus, amica velitatio eſt: non enim inimico animo ſic depugnant, ſed puro ſeruandæ æquitatis

Digitized by Google

& ſarciendæ pacis affectu: Quapropter arcæ fœderis inſiſtunt, mutuóque oraculum quod inde reſonat auſcultantes, defixis oculis propitiatorium ſpeculantur. Tu igitur, Beatiſsime Pater, qui ſummus es in terris Chriſti Domini Vicarius, veritatis ipſius oraculum, diuinæque voluntatis interpres, vocem ex propitiatorio pacis, quantocius deprome Iuſtitiæ, qua vterque conſequatur quod ſuum eſt, & ſic inter eos amicitia confirmetur, intérque nobiliſsimas eorumdem Eccleſias perfecta reſtauretur concordia, ac ſacra, quæ diu viguit, conteſſeratio reſarciatur. Opus non eſt certè virgæ rigore (quæ in arcæ profundo deliteſcit) ſed tabulis legis & manna ſuauitatis Apoſtolicæ. His ſanè myſticis adminiculis, hoc dignum tua ſacratiſsima Majeſtate opus, ſperamus, Deo qui in te agit & loquitur opitulante, mox à Te fœliciter abſoluendum. Interim

ego

Digitized by Google

ego Sanctitatis Tuæ beatiſſimis pedibus obuolutus hoc opuſculum in pignus debitæ ſeruitutis & deuotiſſimæ aduenerationis indicium, ſacris tuis veſtigijs ſubijcio offeróque: rem quidem nulla ex parte tanta Majeſtate dignam, ſed parē offerētis ſeruuli paruitati. Quamuis ſi ab affectus offerentis magnitudine munuſculum ipſum tantulum quantulum ſit exiſtimetur, non certè aliorum quorumlibet donis ſit pretio vilius recenſendum. Habeo quidem in manibus opus maioris ponderis & momenti, ſub quo equidem jam diu deſudo & anhelo: quod ſi Deus votis & conatibus adlubeſcat, ceſſurum ſpero ad eius gloriam, Sanctorum ipſius honorem, ſedis Apoſtolicæ decus, auctoritatis tuæ ſacroſanctæ fulcimentū; Vniuerſalis Eccleſiæ commodum, Gallicanæ ornamentum, fidei Catholicæ confirmationem, hæreſeon verò confuſionem, laboris denique mei & Zeli,

i

Digitized by Google

erga veram vnicámque Chriſti Eccleſiam Catholicam Apoſtolicam & Romanam, quam tu meritiſsimus eiuſdem paſtor & vertex ornas, ſeruas & tueris, non leue argumentum, nec ignobile, vt confido, apud poſteros monumẽtum. At dum eruendis è ſæculorum difficillimis anfractibus, ſacris Galliæ antiquitatibus perdius & pernox incumbo, ac lilia innumerablia ex intimo regni huius Chriſtianiſsimi Eccleſiarum ſinu & penu, à me ſedulò collecta, contexere ſtudeo: En negotium hoc mihi nihil profectò tale cogitanti ex abrupto occurrit, quod me à cœptis non quidem deſiſtere, ſed illa ad tempus intermittere, adegit; magno ſanè operis ipſius præcipui diſpendio, cùm ob muneris Eccleſiaſtici crebras quæ mihi in dies ingruunt feréque obruunt occupationes, non facilè poſsim tempus redimere. Verùm nefas erat Præſulem meum relinquere ſolum in acie,

Digitized by Google

pro Sedis ſuæ iuribus, Eccleſiæque Pa-riſienſis ſponſæ ſuæ, matris meæ, dignitate & honore decertantem. Pietas igitur quæ Felicem Nolanum Preſbyterum quondam ſui Epiſcopi Maximi preſſuræ participem fecit & ſubleuatorem, me quoque vt mei Præſulis pericula experirer, & iacula in eum intorta meo ſinu exciperẽ, aut manu auerterem, aut ſcuto retunderem (quod militis erga Ducem ſuum munus eſt) in hoc diſcrimen impulit & coniecit, Zelo etiam filiali æſtuantem. Sed tamen non meo nutu, aut proprio impetu huic periculoſæ concertationi me commiſi. At illi me addixit potiſsimùm ipſius Antiſtitis mei reuerenda auctoritas, qui ſanè, vt hoc opuſculum Apologeticum pro cauſæ ſuæ iuſtitia conſcriberẽ, Sanctitatiq; Tuæ conſecrarẽ, trepidanti mihi, & non modò ad hoc opus, ſed magis ad nomen tuum (quod vtique ſemper vt terreſtre numen ſu-

Digitized by Google

ſpexi) formidanti, & præterea ad Lugdunenſis Archiepiſcopi, cuius conatibus neceſſe eſt refragari, potentiam & auctoritatem paueſcenti, ſeriò præcepit & iniunxit. Non enim neſcius eram catulum non poſſe, niſi cum certo ſui exitio, congredi cum Leone. Nec ignorabam Pariſienſis Eccleſiæ & Præſulis defenſionem, non tyrunculi eſſe munus, ſed Athletarum fortiſsimorum facinus, quales S. Hugo Pontiniacenſis, S. Bernardus Claræualenſis Gaufridúſq; inclytus Epiſcopus Carnotenſis extitere: qui eiuſdem Eccleſiæ & Antiſtitis iura, datis ad prædeceſſores tuos potentiſsimis litteris, ſuo patrocinio quondã egregiè tutati ſunt. Sed aquilæ iſtæ dudum in cœlos ſtupendo ſeſe volatu receperunt. Quæ verò adhuc in terris, in altis rupibus nidificant, noluerunt ad ſedi Pariſienſi opitulandum, fœtus ſuos vel ad ictum oculi dimittere. Mihi igitur

paſſerculo debili, inermi, roſtro & vnguibus experti, neſcio quo caſu relicta eſt imò indicta pugna; voluit, monuit, iuſsit Antiſtes meus, me puſillum licèt & exilem pugilem hanc luctã inire. Porrò dum ex ordinationis voto obedientiæque quo ei obnoxius ſum debito, vt illi morem gererem, hoc negotium aggreſſus ſum, mihi planè contigit, quod Iacob olim cum Angelo conſertis manibus colluctanti, qui ſcilicet ex hac pugna, quam cum tanto pugile inire auſus eſt, claudicans rediјt percuſſus in femore. Sic, inquam, mihi, poſtquam vel inuitus hanc palæſtram ingreſſus ſum, euenit. Nec, vt clarum eſt, abſimili ratione. Quid enim aliud eſt contra Magni Archiepiſcopi impetum ſtylum inſtruere, quàm Archangeli terreſtris inſultibus obluctari? Igitur ex hac pugna, cui viribus longè inæqualis, dignitate verò & meritis penitus impar, me accinxi, nihil eſt

quod expectem, quod referam, quàm laborem & dolorem. Quinimò & pudorem ludibrij, & ingentē irarum & dirarum timorem. At vnum eſt quod me (præter facti ipſius iuſtitiam conſcientiæque meæ innocentiam) hoc in diſcrimine verſantem plurimùm conſolatur, nempe quòd ſub auſpicijs Tuæ Sanctitatis in hanc prodij aciem, in hanc deſcendi arenam. Reſpicio igitur ad lapidem adiutorij, *quē Deus non modò poſuit in Eccleſiæ ſuæ fundamentum, ſed in firmamentũ quoque dedit mortalibus & aſylum.* Petra enim hæc, mons excelſus ceruis, refugium herinacijs. *Huius igitur firmitudini innixus & altitudine obumbratus, ſpero me tutum fore contra quoſlibet aduerſantiũ incurſus: Petri vmbra quos afficit ſanat & ſeruat; vox eius debiles erigit, innocentes protegit, baculus eoſdē tuetur & gladius. Hæc igitur eadem ſubſidia meritò à te*

Digitized by Google

ſupplex expecto & efflagito, Beatiſsime Pater, qui Petri locũ & ſtatum tenes, qui eadem virtute & auctoritate refulges, qui ipſiſsimo paſtorali amore oues omnes Chriſti pretioſiſsimo ſanguine redemptas, Tibique vt illi creditas, foues & complecteris. Ouiculam igitur, proculdubio, non deſeres, non deſpicies, ſub tuum præſidium tanta fiducia recurrentem, virgæ tuæ correctioni ſe ſubijcientem, tuæ voci per omnia obſequentem, lanam ſuam & lac & ſanguinem ipſum, ſi opus fuerit, in tuum ipſum obſequium impendere, imò profundere cupientem. Hoc enim omne quod reuerentia monet, ratio ſuadet, poſtulat magnitudo, implorat virtus, religio exigit, Tibi, quãtum in me eſt, affero offeroque, cum hoc quantulocumque opuſculo, quod certè vt ſacris tuis veſtigijs venerabundus ſubijcio, in æternum ſeruitutis, reuerentiæ & deuotionis meæ erga Tuam

Digitized by Google

Sanctitatem monumentum; ſic depre- cor vt læto vultu & paterno affectu, quibus cætera aſſoles, idipſum excipere, tuæque ſacroſanctæ auctoritatis præſidio fulcire ac nominis tui auguſtiſsimi ſplendore illuſtrare digneris. Interea verò ego pro tanti beneficij fœnore, Deum Omnipotentẽ, cuius perſonam in terris ſuſtines, aßiduè, obnixè, humillimèque deprecari non deſinam, vt Sanctitatem Tuam vniuerſo orbi diutiſsimè incolumem pro ſua immenſa bonitate conſeruet, ad ſui æterni nominis gloriam, Eccleſiæ ſuæ, cuius te lumen & columen eſſe voluit, vtilitatem; meritorũ tuorum vberiorem cumulũ, & Pontificatus tui fœlicem & immortalem memoriam. Lutetiæ Pariſiorũ, Idibus Maijs, anno ſalutis M. DC. XXVIII.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM.

CAP. I. *De ſacro more erectam Crucem Eccleſiæ Præſulibus præferendi.* pag. 1

CAP. II. *De ijs quibus prærogatiua eiuſmodi ratione dignitatis, vel muneris, fuit à Romano Pontifice indulta, ita vt eius conceſſio ad firmandum titulum fuerit inter ſanctiones canonicas relata.* 11

CAP. III. *An Primates, ratione dignitatis ſuæ Primatialis, crucis præportatione gaudeant; Et an ipſis liceat extra Prouinciam, cui vt Archiepiſcopi præſunt, crucem vexillariam circumgerere.* 28

CAP. IV. *Primates non habere à iure vt crux illis per totam Primatiam præferatur: ſicut D. Lugdunenſis contendit.* 39

CAP. V. *Primates quotquot in occidente recenſentur, hoc ipſum non habere à priſca & recepta conſuetudine.* 58

CAP. VI. *Toletanum ipſum Archipræſulem, Hiſpaniarum Primatem, præ ſe ferendæ Crucis peralta, per vniuerſam Hiſpaniam prærogatiua non polluere, ex iure ipſo Primatus, vel receptæ conſuetudinis vigore.* 64

CAP. VII. *Archiepiſcopum Cantuarienſem, Angliæ dictum Primatem, facultatem vbique gerendæ Crucis vexillariæ per Angliam (dum ibi Chriſtiana religio vigeret) minimè habuiſſe ex iure Primatiæ, vel etiam ex conſuetudine vſu approbata.* 82

Digitized by Google

CAP. VIII. *Nec ſic Eboracenſem Præantiſtitem, aſſertum Angliæ Primatem, decus huiuſmodi vnquam conſecutum fuiſſe. Vnde corruit præcipuũ D. Primatis Lugdunẽſis propugnaculũ.* 98

CAP. IX. *De Primatibus Gallicanis: vtrum prærogatiua præferendæ crucis per vniuerſam ſuam Primatiam perfruantur ex iure Primatus, aut ſpeciali priuilegio, vel vſu diutino approbata conſuetudine.* 123

§. 1. *De Arelatenſi & Viennenſi Primatibus. Demonſtratio perſpicua: quòd quamuis ambo ſint Lugdunenſi digniores, prærogatiua tamen, quã ipſe affectat, minimè potiantur.* 128

§. 2. *De Patriarcha Bituricenſi, & priuilegio quod habuit præ ſe ferendæ Crucis vexillariæ in vtraque Aquitania.* 146

§. 3. *De Remenſi Archipræſule, natiuo ſedis Apoſtolicæ in Gallia Legato, & eius ſacris prærogatiuis.* 158

CAP. X. *De Primatu Lugdunenſi.* 171

CAP. XI. *De iuribus Primatus Lugdunenſis. Et an vnum ex ijs ſit, quòd ſublimem Crucem Præantiſtes Lugdunenſis poſſit, per totam ſuam Primatiam proficiſcendo, gerere.* 205

CAP. XII. *Nec ſpeciali priuilegio, nec conſuetudine vlla, Archiepiſcopum Lugdunenſem, prærogatiuam quam prætendit, gerendæ ante ſe peraltæ crucis per vniuerſam ſuam Primatiã, poſſe confirmare.* 225

CAP. XIII. *Nulla penitus ratione, Archiantiſtitem Lugdunenſem poſſe aſtruere, illam quam ſibi conciliare adnititur facultatem;*

Digitized by Google

ſed multas, adeóque graues, occurrere rationes, quæ illum ab hac intentione auertere debeant. Maximè cùm id ipſum quod exigit, illum affectare, nec liceat, nec deceat. 266

CAP. XIV. *Archiepiſcopum Pariſienſem, ſæpedictis Archipræſulis Lugdunenſis conatibus, obſiſtere debuiſſe: & dignitatis ſuæ tuendæ cauſa, & iniuriæ propellendæ neceſſitate.* 307

CAP. XV. *& vltimum. Inſtante apud Chriſtianiſſimum Regem noſtrum & præcipuos Galliarum Præſules, Pariſienſi Archiepiſcopo, hanc totam controuerſiam ſecundùm diuinam inſtitutionem & ſacros Canones, deuolutam fuiſſe ad ſummum Pontificem, ſub cuius præſidium ipſe Antiſtes confugit, Sanctitatíque Suæ ſupremum ſupplex efflagitat exoptátque iudicium.* 347

FINIS.

Extraict du Priuilege du Roy.

PAR grace & priuilege du Roy, il eſt permis à Meſſire IEAN FRANÇOIS DE GONDY, Archeueſque de Paris, Conſeiller du Roy en ſes Conſeils, & grãd Maiſtre de l'Oratoire de ſa Majeſté, de faire imprimer par Robert Eſtienne, lequel il a eſleu & choiſi pour ſon imprimeur, vn liure intitulé, *De ſacro Ritu præferendi Crucem majoribus Prælatis Eccleſiæ, Libellus Apologeticus, pro Archiepiſcopo Pariſienſi contra nouum conatum Archiantiſtitis Lugdunenſis Galliæ Celticæ Primatis, &c.* Et deffences ſont faites à tous autres de l'imprimer, vendre & diſtribuer, ſans le conſentement dudit Seigneur Archeueſque de Paris, & ce pendant le temps & eſpace de ſix ans entiers, à compter du iour qu'il aura eſté acheué d'imprimer: Sur peine aux contreuenans de mil liures d'amende, confiſcation des exemplaires & de tous deſpens, dommages & intereſts, ainſi que plus au long eſt cõtenu eſdites lettres de Priuilege. Dõné à Paris le 4. iour d'Octobre 1628. Signé, Par le Conſeil, LE TELLIER, Et ſcellé du ſeau. *Pro abſentia Magni.*

Et ledit Seigneur Archeueſque de Paris a cedé, quitté & tranſporté ledit Priuilege audit Robert Eſtienne, pour en iouïr plainement & paiſiblement pendant le temps porté par ledit priuilege. Fait ce 5 d'Octobre 1628.

Acheué d'imprimer le 10. iour d'Octobre 1628.

Digitized by Google

Approbatio.

NOs ſubſignati Doctores Theologi in alma facultate Pariſienſi, omnibus & ſingulis quorum intereſt, aut intereſſe poterit, notum teſtatúmque volumus: Librum hunc ſub programmate, *De ſacro ritu præferendi crucem maioribus Eccleſiæ Prælatis, Libellus Apologeticus, &c. Auctore Domino* ANDREA DV SAVSSAY, *Pariſino, ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Protonotario, Concionatore Regio, necnon Sanctorum Lupi & Ægidij Lutetiæ Paſtore,* ſedulò nos perlegiſſe, nihílque in eo ab orthodoxa Eccleſiæ Catholicæ Apoſtolicæ & Romanæ fide, aut approbatiſſimis dudúmq; receptis eiuſdem Eccleſiæ moribus alienum deprehendiſſe: quinimmo multa & fere vniuerſa, quæ ad iura, dignitates & prærogatiuas maiorum Prælatorum illuſtranda, & elucidanda, ad ſupremam ſanctæ ſedis Apoſtolicæ in totum orbem auctoritatem tuendam, ad Eccleſiæ Gallicanę ornamentum, pacem & tranquillitatem illius conſeruandam & fouendam mirificè faciunt, in eo recognouimus: adeo vt è re ipſius Eccleſię maximè ſit eum in lucē quàm primùm emittere. In cuius rei fidem his pręſentibus chirographum noſtrum, die 10. Iunij, anno Domini 1628. Pariſijs appoſuimus.

A. DV VAL. SIREIEHAN.

DE

DE SACRO RITV PRÆFERENDI CRVCEM MAIORIBVS PRÆLATIS ECCLESIÆ.

LIBELLVS APOLOGETICVS. Pro Archiepiſcopo Pariſienſi, CONTRA Nouum conatum Archiantiſtitis Lugdunenſis Galliæ Celticæ Primatis.

CAPVT I.

De ſacro more erectam Crucem Eccleſiæ Præſulibus præferendi.

CRVCEM ſalutis & Redemptionis humanæ venerabile monimentum, æternitatis pignus, Regis Gloriæ trophæum,

Filiorum Dei ſignaculum, fidei & ſpei noſtræ teſſeram, totiúſque benedictionis argumentum: Militiæ Chriſtianæ Duces ab ipſius religionis exordijs non modò colendam & recolendam vbique prædicauerunt, ſed inſuper in eandem deuotè affecti, ipſam plurimùm deſiderarunt & ex intimis viſceribus adamarunt. Hinc dicebat Apoſtolus. *Mihi abſit gloriari niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Nec mirum, cùm tota Chriſti ipſius gloria de Cruce non modò promanarit, ſed & ea omnis, quæ nobis data eſt ſperanda ſalus, expectanda fœlicitas & gloria, inde velut è fonte effluat, huic columini innixa ſit, ex hoc principio pendeat. Ideóque Apoſtolorum imitatione veteres Epiſcopi Crucis vim & gloriam non ſolùm commendabant, ſed eiuſdem ſignaculo oues ſibi creditas communiebant,

Gal. 6. 14. Vide S. Bernard. lib. 3. de Conſid. c. 6.

Digitized by Google

ſacramenta peragebant, actiones omnes ſuas exerebant. Idque innuunt ipſorum Patrum teſtimonia. *Signo crucis* (ait S. Auguſtinus) *conſecratur corpus Dominicum, & omnia quæcunque ſanctificantur, cum inuocatione Chriſti nominis in hoc ſigno conſecrantur. Hoc enim ſignum niſi adhibeatur ſiue frontibus credentium, ſiue ipſi aquæ, qua regenerantur, ſiue oleo, quo Chriſmate vnguntur, ſiue ſacrificio quo aluntur, nihil eorum ritè perficitur.* Hæc S. Auguſtin. ante quem hæc ſcripſerat memoranda verba S. Chryſoſtomus. *Hoc maledictum, hoc abominabile, hoc extremi ſupplicij ſymbolum, Crux, diadematibus & coronis clarius factum eſt. Neque enim ſic regia corona ornatur caput, vt cruce, quæ omni cultu dignior eſt: quam enim omnes priùs abhorrebant, eius figuram ſummopere quærunt. Atque*

Serm. 181. de temp. & tract. 118. in Ioan.

In demonſtratione quòd Chriſtus ſit Deus. Tom. 5.

Digitized by Google

ideò vbique ea inuenitur, &c. Subinde omnes ea ſe ſignant. In fronte enim noſtra quaſi in columna quotidie figuratur. Sic in ſacra menſa, ſic in ſacerdotum ordinationibus refulget. hanc vbique celebrari videre licet, in domibus, in foro, in ſolitudine, in vijs, in nauigijs, in inſulis, in armis, in thalamis, in veſtibus, in ſympoſijs, in vaſis argenteis, & aureis, & margaritis, &c. In bello, in pace, in delicatorum choreis, in monachorum ordinibus. Adeò certatim donum hoc mirabile rapiunt omnes.: Mira eſt hæc gratia! nullus confunditur, nullus erubeſcit cogitans quòd maledicta mortis ſymbolum fuerit: ſed omnes ipſo magis ornantur, quàm multis gemmatis monilibus, & torquibus, & diadematum coronis.

Inde Crucem priſci Epiſcopi ſplendidiorem eſſe gemmam in ornatu ſacerdotis cenſuerunt. Qua-

propter ſacra veſtimenta crucibus perferebāt inſignita. Pontius à Leone qui Romæ S. Epiphanij libellum quemdam edidit, ex antiquis monumentis protulit, expreſſam ad viuum eiuſdem Sanctiſſ. Antiſtitis imaginem, cuius veſtem conſpicere eſt totam crucibus decoratam. Præcipuorum autem Epiſcoporum (quos Metropolitas dicimus) pallia pontificalia conſtat ex veteri more cruce fuiſſe inſignita. Paſſim autem Epiſcopos ſuſpenſam collo crucem geſtaſſe (vt & nunc vſque faciunt) res eſt omnino explorata apud veteres, quorum veſtigia Innocentius III. Papa inſequūtus, pulchrè huiuſmodi praxis rationem expoſuit. *Quia*, inquit, *ſigno crucis auri lamina ceſſit. Pro lamina enim quam Pontifex ille* (Hebraicus) *gerebat in fronte; Pontifex iſte* (Chriſtianus) *crucem gerit in pectore. Nam myſte-*

Inſcriptus eſt hic libellus de animalibus.

Innoc. de myſterijs Miſſæ, lib. 1. c. 55.

Digitized by Google

rium quod in quatuor litteris auri lamina continebat, in quatuor partibus forma Crucis explicat. Hæc ille præclarè de Cruce pontificia pectorali, quam *Encolpium* à ſinu, Orientales appellarunt.

Nicephorus Patriarcha CP. in Epiſtola munifica ad Leonem III. PP. Quæ extat ex Græco Latinitati reddita ſtudio Peltani viri doctiſſimi poſt Epheſin. Concil. Vide etiam octauam Synod. Oecumenicam, act. 5.

At Romani Pontifices, Chriſti Ieſu vicarij, ſummíque Eccleſiæ ſub ipſo Paſtores, cùm alijs omnibus præeminerent celſiori faſtigio ſpeculæ paſtoralis, ſic longè majora deuotionis ſuæ præſtiterunt hac in re indicia. Nec enim ſolùmmodo Crucem veſtibus intexuerunt, quò ſe illius eſſe ſeruos indicarent, cujus inſignia gererent. Nec illam è collo pendulam, pectoríque hærentem pertulerunt, vt crucifixi jugem cordi ſuo infixam eſſe innuerent memoriam: ſed inſuper illam ipſam quocumque procederent ante ſe deferri voluerunt erectam, vt ſeſe hoc ſydere regi, hoc obiecto de-

Digitized by Google

lectari, hoc ſub vexillo militare, & acies Eccleſiæ militantis ſeſe ducere & moderari ſignificarent. *Anaſtaſius Bibliothecarius* obſeruat ſuo tempore ex veteri more. crucem prælatam fuiſſe Romano Pontifici à Subdiaconis S. R. E. Crucem, inquam, huic vſui ſpecialiter deſtinatam, qualem Carolus Magnus Francorum (vt ait) & Romanorum piiſſimus Imperator, ex auro puriſſimo confectam, Leoni III. ſummo Pontifici, regio munere donauit. Leo autem IV. Papa renouatam auro & gemmis exornauit. Porro cùm & doctrinæ & diſciplinæ fluenta è ſinu Romanæ Eccleſiæ in totum orbem exundarint, & ad primorum Pontificum exempla, vt ad Magiſtri typum diſcipuli, omnes pij Epiſcopi ſemper ſeſe componere ſtuduerint: Hinc factum eſt vt nonnulli SS. Antiſtites, Romani Pontificis pia veſti-

Anaſtaſius Bibliothec. in Leone IV.

Verumtamen crediderim ipſum eo loco hallucinatum fuiſſe, dum crucem hanc pontificiam oblatam fuiſſe tradit Leoni Papæ, à Carolo Magno: Cùm veriſimilius ſit, illam munere ſingulari ab eodem principe tranſmiſſam fuiſſe è Gallia ad Hadrianum I. Pontificem. Etenim ipſius Hadriani ad Carolum etiamnum extat Epiſtola, numero inter alias octaua: qua pro cruce miſſa gratias rependit, aſſeritque ſe pro ipſo Carolo jugiter orare, & pro genitore eius ſanctæ memoriæ Pipino.

gia inſequuti, crucis vexillum ſibi obeuntibus præferri fecerint, non dignitatis indicio, ſed teſtandæ pietatis amore. Huius verò praxis nonnulla legere licet exempla apud Iſidorum Hiſpalenſem Epiſt. ad Leudefredum Cordubenſem Epiſc. quam citat Iuo part. 6. c. 20. Marcum Diaconum in vita S. Porphyrij Gazæ Epiſcopi: quam refert Lipomanus tom. 5. Cyprianum Monachum in vita S. Cæſarij Arelatenſis, quæ recitatur à Surio tom. 4. Bedam V. lib. 1. hiſtoriæ Anglicanæ c. 25. Guilel. Neobrigenſem lib. 2. de Repub. Anglicana, cap. 16. Orſbertum ſcriptorem vitæ S. Dunſtani apud Surium 19. Maij, & auctorem quadripartitæ S. Thomæ Cantuarienſis hiſtoriæ.

Verùm tractu temporis, cùm ex hac erectæ Crucis religioſa delatione, prærogatiua à nonnullis quæreretur,

Digitized by Google

reretur, ab alijs verò cum inſignium identitate, graduum etiam affecta-retur æqualitas: Satius tandem viſum eſt ſummis Eccleſiæ moderatoribus, hanc antiquam conſuetudinem arctioribus terminis circumſcribere, ſeu potiùs ad primam originem reducere & vſum priorem: ſic vt ſummo Pontifici ſoli, vbique, ac ſine vlla conditione, crux deinceps præportaretur: nullis verò alijs Præſulibus poſſet illa præferri, niſi ſpeciali conceſſu & permiſſu ipſius Romani Pontificis: vt teſtatur Auguſtinus Fiuizanius Romanus lib. de ritu præferendi ſanctam crucem ſummo Pontifici. At verò notare operæ pretium eſt, quòd quamuis hanc prærogatiuam nonnullis Eccleſiaſticis proceribus Pontifex Max. poſtea contulerit, tamen eo præſente, vt illa vterentur, minimè vnquam fuiſſe conceſſum, aut ad-

Digitized by Google

miſſum. Et quidem ex iuris ſacri diſpoſitione. *Præſente ſiquidem majore, minor non vtitur priuilegio.* Gloſ. in 7. regul. iuris lib. 6. Occurrit autem mihi ex Bertoldi Conſtantienſis hiſtorici fideliſſimi & pij, qui ante an. 500. claruit, Chronologia exemplum huius obſeruationis notatu digniſſimum. Hic enim auctor agens de celebri illo Concilio quod Claromonte Aruernorum Vrbanus P P. II. habuit (in quo glorioſa illa expeditio, qua terra Sancta à Francis recuperata fuit, decreta eſt) ducentos quinque Pręſules huic Synodo interfuiſſe cum apparatu commemorat: & ſubinde etiam inſinuat nullas ibi viſas eſſe patriarchales, aut primatiales cruces; ſed tantùm virgas paſtorales, quibus Præſulum ipſorum numerum narrat fuiſſe obſeruatum.

Digitized by Google

CAP. II.

De ijs quibus prærogatiua eiuſmodi ratione dignitatis, vel muneris, fuit à Romano Pontifice indulta, ita vt eius conceſſio ad firmandum titulum fuerit inter ſanctiones canonicas relata.

EX dictis perſpicuum euadit, prærogatiuam gerendæ crucis peraltæ nemini, niſi ſoli ſummo Pontifici proprio iure competere. Verùm ſicut pallio ſoli ſupremi Pontifices olim, vt proprio inſigni & ornamento, vſi ſunt: ſubinde verò vt præcipuos Eccleſiarum Præſules, qui ſub ſede Apoſtolica ſollicitudinem Dominici ouilis ſuſceperant ampliorem, aliqua honoris Apo-

Digitized by Google

ſtolici participatione conceſſa, obeundo muneri ſuo tantò efficerent promptiores, quantò inter fratres ipſius honoris commercio, inſigniores facti fuiſſent: illis pro ſua benignitate, & pallium pontificale conceſſerunt, & ad ipſos recèns ordinatos de corpore S. Petri idem leuatum ſtatuto more tranſmiſerunt. Sic prorſus & erectæ crucis, his prodeuntibus præferendæ, facultatem ipſis perpetua conceſſione impertierunt. Quæri autem poteſt, qui ſint illi proceres Eccleſiaſtici, qui ratione ſeu muneris quo funguntur, ſiue dignitatis qua præfulgent, hanc à ſede Apoſtolica, conſtitutione canonica, ſortiti ſunt facultatem? Cui inquiſitioni quoniam æquum eſt ſatisfacere; obſeruare licet hanc prærogatiuam ipſo iure Pontificio competere.

Primò, ſanctæ ſedis Apoſtolicæ

Legatis. Sunt autem Legati in triplici differentia. Quidam enim ſunt S. R. E. Cardinales, qui dicuntur Legati de latere, quo nomine memorantur in antiquiſſimo Concilio Sardicenſi, c. v. & dicuntur *de latere*, quia præcipui ſunt adminiſtri, coadiutores & conſiliarij ſummi Eccleſiæ Pręſidis: &, vt verbo vtar S. Bernardi, *ipſius Pontificis collaterales*. Alij ſunt Legati ſimpliciter miſſi, quia mittuntur ad aliquam prouinciam, & dicuntur paſſim Nuntij Apoſtolici, quorum pręſente Legato de latere ceſſat officij exercitium. *Cap. volentes. & ibi gloſ. r.* Alij denique vocantur Legati nati, quorum officium inhæret dignitati & perpetuò durat, ſic vt quiſquis ſit in illa dignitate conſtitutus, hoc etiam honore præditus cenſeatur, quia ſemper huius ſedis prælatus, legatione ſedi ſuæ annexa quaſi munere ordinario perfungi-

Cap. 1. de off. Legati, & gloſ. Legatorum, in cap. ſtatutum. 11. de reſcript. lib. 6.

S. Bernard. lib. de Conſid. c. 4.

tur. Huiuſmodi autem eſt Archiepiſcopus Remenſis in Gallia, Toletanus in Hiſpania, Cantuarienſis in Anglia, Bononienſis in Italia. Verùm quia horum omnium Legatorum non vna eſt poteſtas & dignitas, ſic longè diuerſa ſunt ipſorum priuilegia. Nam Legati qui mittuntur de latere Sanctiſſimi Domini Papæ, præ cæteris habent & ampliorem poteſtatem, & honore ac ſplendore alijs longè præeminent. Siquidem Legato de latere idem honor exhibendus eſt qui Papæ, *ex Can. præcipimus. diſt. 93. Gloſ. fi. in can. quæ de cauſa. 2. q. 5.* Etenim eadem poteſt quæ Papa, (niſi ea quæ ſpecialiter ſunt Rom. Pōtifici reſeruata, *Gloſ. Reſeruata. in cap. Quod tranſlationem. de off. Leg. tit. 30. lib. 1.* *) Quapropter ipſi obediendum eſt tanquam Papæ, cùm vicem Papæ teneat, *Gloſ. 2. in cap. cùm parati. 19. de*

Vide Ioan. Andr. in cap. 1. de officio Legati, in 6.

* Praxis tamē nunc fert, cum tantùm poſſe quæ ſunt illi conceſſa.

appel. Vnde insignibus vtitur Apoſtolicæ dignitatis, *cap. antiqua. 23. de priuilegijs.* Et conſequenter crucem ſibi poteſt præferri facere; non modò quando eſt in prouincia ad quam à Pontifice delectus eſt, ſed vbique eundo & redeundo: Nam poſtquam egreditur vrbe, & quouſque reuertatur, benedictionem in populum profundit, imò & beneficium abſolutionis impendit. *Cap. excommunicatis. & ibid. gloſ. 1. & 2.* Ratio eſt, quia etſi Legatus à latere extra prouinciam ſibi decretam non poſſit exercere ea quæ ſunt contentioſæ iuriſdictionis, poteſt tamen eundo & redeundo ea omnia quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, *Gloſ. in prouincia. in cap. ſi Abbatem. de elect. lib. 6.* Dignitatis igitur debet, vbique conſiſtat, ſplendorem retinere & eius inſignia gerere: dato enim eſſe, ſubſiſtere In 5. tit. 33.

Digitized by Google

neceſſe eſt omnia quæ ſubſequuntur eſſe. Non eſt autem eadem ratio Legati ſimpliciter miſſi, aut Nuncij Apoſtolici: Quia extra prouinciam ad quam delectus eſt, nulla iuriſdictione perfruitur. In prouincia verò nihil poteſt vltra id quod ſpecialiter in ſuo priuilegio eſt expreſſum. Nec ijſdem prærogatiuis vtuntur eiuſmodi Legati miſſi, quo Legati Cardinales, nam beneficia non conferunt. *Cap. officij. de offic. Legati.* Nec iuriſdictionem contentioſam exercent: Nec habent ſuper Epiſcopos aut Archiepiſcopos poteſtatem, nec paſſim inſignia gerunt Apoſtolica, vt ipſa experientia teſtatur.

Cæterùm Legati nati etiam dicuntur gerere Papæ vices, & eius nomine poſſunt negotia Eccleſiaſtica tractare, Concilijs præeſſe, querelas per ſubditos ſuffraganeorum

rum ad ſe immediatè delatas ſuſcipere, *cap. cùm non ignoretis. de officio Legati, tit. 30.* tamen extra prouinciam Legationi ſuę præſcriptam, haud poſſunt hæc munera exercere. Quinimò cùm eiuſmodi Legatio ſolis Archiepiſcopalibus Eccleſijs inſignioribus fuerit adſcripta: ipſi Legati nati extra fines illius, cui, vt Metropolitani, præſunt prouinciæ, hæc legationis Apoſtolicæ iura nunquam viſi ſunt propagaſſe. Exemplum autem habemus ad manum huic obſeruationi inſinuandæ opportunum. Hormiſda Pontifex, vices ſuas S. Remigio incomparabili Archiepiſcopo Remenſi, Francorum (vt ita dicam) Apoſtolo, per totum Clodouei Protochriſtiani regis imperium delegerat, hoc pacto, vt vrgente neceſſitate, Concilia conuocaret, fratrum iurgia compeſceret, Eccleſiaſtica negotia,

Hincm. in vita S. Remigij: & refertur Epiſtola Pontificis tom. 1. Cōcil. prima, inter Hormiſdæ Pontificis Epiſtolia. Rurſúſque recitatur a præfato Hincm. Epiſt. 6. c. 11.

Digitized by Google

(quæ non ipſius Romani Pontificis examen exigerent) componeret. Attamen ſanctus ipſe Archiepiſcopus, intra ſuæ Metropolis ſepta, legationis eiuſmodi munera & auctoritatem continuit. Nam Concilio quidem Remenſi à ſe collecto, euocatis diuerſarum Galliæ partium Præſulibus præfuit. At Concilio I. Aurelianenſi, quamuis ſuo hortatu inſtaurato, nec præſedit, nec (quòd mirum eſt) ſubſcripſit, ſcilicèt quia extra propriam ipſius Prouinciam Synodus ipſa ageretur : cui tamen non primum ſubſcribere, illum dedecebat. Hinc verò Archipræſules Remenſes, qui vt legatio iſta fixa perpetuis temporibus ſedi ſuæ inhæreret, à ſummis Pontificibus impetrarunt: quamuis ſe Legatos natos ſedis Apoſtolicæ profiteantur, nuſquã tamen niſi in propria ſua prouincia hac vſi ſunt auctoritate : Etenim

Vide infrà, cap. 9. §. 3.

Digitized by Google

extra ſuum Archiepiſcopium nulla ferè inter alios Metropolitas prærogatiua eminent, nulla delegatę Apoſtolicæ dignitatis inſignia præ ſe ferunt, imò erectam crucem ſibi pręferri non faciunt, extra metas ſuę Prouinciæ. Hęc igitur prærogatiua (quæ Primatiali longè ſuperior eſt) ambitu Remenſis Metropoleos circumſcribitur: Crúxque ipſa peralta, quæ ſignaculum eſt Legatoriæ poteſtatis, brachia ſua minimè extra hos limites extendit. At de Legatis hactenus. Iam alij recenſendi ſunt Hierarchę, quibus Apoſtolicæ ſedis beneficio, conſtat facultatem geſtandæ crucis ſibi pręerectæ, honoris amplioris gratia, acceſſiſſe. Igitur pręrogatiua iſta,

Archiepiſcopus Remenſ. ſoli Papæ ſubiectus eſt, ex priuilegio Bened. P P. III. *Hincm. ubi ſup. c. 24. & 26.*

Secundo loco, conuenit ſummis quatuor Patriarchis, Conſtantinopolitano ſcilicet, Alexandrino, Antiocheno, Hieroſolymitano;

Digitized by Google

qui locum quatuor Euangeliſtarum in Eccleſia ſortiuntur, qui thronorum cœleſtium typum ferunt, ſúntque velut quatuor flumina è fonte Apoſtolico erumpentia, quæ irrigant faciem vniuerſę Eccleſiæ, aquis vitalibus doctrinæ & diſciplinæ; magna inſuper firmamenti terreni lumina, & regni Dei apud mortales columina, quorum fortitudine lapis poſitus in fundamentum, portat totum ædificium. Horum enim ope, Petri ſucceſſor ſuſtinet pondus vniuerſalis Eccleſiæ, imò Eccleſia velut currus ſimilitudinis gloriæ Domini quem vidit Ezechiel Propheta, his veluti quatuor vitalibus rotis, plenis ſpiritu & oculis, dum voluitur, eſt innixa. Non mirum igitur ſi variorum coruſcant radiorum, id eſt, priuilegiorum ac pręrogatiuarum ſplendore, *Maiores in donis inter fratres, quia*

Hæc dicuntur de Patriarchis in ordine ad Prælatos inferiores, putâ Primates, Archiepiſcopos. &c. non autem reſpectu Cardinalium; qui ſanè ſunt Sacerdotes principaliores & liberi primi gradus, capitíſque proxima membra *Gloſ. 1. in extrauag. dudũ. De ſchiſmaticis inter comm.* Vnde in illis attendenda eſt principaliter ſublimitas Eccleſiæ. *Gloſ. ſublimitatem. in extrauag. Ioan. 22. Execrab.* Vide etiam cap. 1. de off. Archipreſb.

maiores in imperio. His enim ob gratiam Papalis ſimilitudinis, Apoſtolicis ſanctionibus & ſynodalibus inſtitutis conceſſum eſt, vt ferè ijſdem quibus pollet ſummus Pontifex prerogatiuis potiantur: Salua ſemper ſummi Apoſtolatus, qua refulſit Petrus inter Apoſtolos, preeminentia. Siquidem ipſi accepto priùs à Maximo Pontifice pallio, id ſubditis conferunt Epiſcopis, ſuper quos omnes ferè ſupremam habent poteſtatem, imò ſuper eorum ſubditos. Nam abſoluunt excommunicatos à proprijs ſuffraganeis, appellationes omiſſis medijs in omnibus caſibus recipiunt, ornamentis & inſignijs ſummi Pontificis, cuius vices & formam gerunt, vtuntur. *Panorm. in cap. antiqua.* Crucem ſublimem ante ſe per totum Patriarchatum deferri faciunt, imò vbicumque proficiſcuntur. Et

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

hoc quidem ex priuilegio ſpeciali ab Innocentio 3. in Oecumenica Synodo Lateranenſi eiſdem indulto, & promulgato. Siquidem ſic ibi legimus. *Antiqua Patriarchalium ſedium priuilegia renouantes, ſancta vniuerſali approbante ſynodo ſancimus: vt poſt Romanam Eccleſiam, quæ diſponente Domino ſuper omnes alias, ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, &c. Conſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartum locum obtineant, ſeruata cuilibet propria dignitate. Ita quòd poſtquam Antiſtites earum à Romano Pontifice receperint pallium (quod eſt plenitudinis officij Pontificalis inſigne) præſtito ſibi fidelitatis & obedientiæ iuramento, licenter & ipſi ſuis ſuffraganeis pallium largiantur, recipientes pro ſe profeſſionem canonicam, & pro*

Pallium ſeu Phrygiũ (quòd Phrygionũ opera crucibus cõtexi ſoleret) ſummiq; honoris & plenitudinis Pontificię poteſtatis indicem, miſit Cœleſtin⁹ PP. ad Cyrillum Alexãdrinum, cùm ei vices ſuas delegauit contra Neſtorium; anno ſcilicet Chriſti 430. Theod. Balſamo in Nomocanonẽ Fhotii, titul 8 c. 1. Nicephor. lib. 14. Hiſtor Eccleſ. c. 34. Ioannes autẽ

Romana Eccleſia ſponſionem obedientiæ ab eiſdem. Dominicæ verò crucis vexillum ante ſe faciant vbique deferri, niſi in vrbe, & vbicumque ſummus Pontifex præſens extiterit, aut eius Legatus, vtens inſignijs Apoſtolicæ dignitatis, &c. Hæc ibi: & hoc quidem Apoſtolicum & Synodale decretum, inter Pontificias ſanctiones relatum eſt ad jus commune ſtatuendum, *lib. 5. Decretal. tit. de Priuilegijs, cap. 23.* Nec ſolùm Apoſtolica ſedes Patriarchis, vt ſublimem crucem vbique ante ſe deferri facerent, indulſit; ſed vt maiori prærogatiua clareſcerent, hoc etiam prouidere dignata eſt, vt non ſimplicem crucem (ſicut inferiorum ſubſelliorum Patriarchæ) ſed duplicem, id eſt, trauerſario ligno geminam præ ſe ferrent: Quo indicio ipſos alijs Eccleſiæ proceribus duplo maiores eſſe

11. conceſſit in perpetuum, Pallium Pontificale CP. Epiſcopis, qui hoc priuilegio abutẽtes, non ſolùm ſe magis ea occaſione à ſinu matris abalienauerunt, ſed & turpi cõmercio, idem Apoſtolici honoris ſignaculum cunctis Epiſcopis ſui Patriarchat⁹ impertieiũt: Vnde factum vt etiamnum totius Græciç Epiſcopi pallijs vtantur. Luitprandus Ticinenſis lib. 5. hiſtoriar. de rebus in Europa ſuo tempore geſtis.

auctoritate & dignitate non obſcurè ſignificaretur. At quia per gradus procedimus, luſtratis thronis, dominationes quæ his inferiores ſunt, etiam nos oportet deſcendendo conſpicere, id eſt, minores Eccleſiæ Principes recenſere, quæ prærogatiua præferendæ vexillaris crucis, etiam ſuo modo potiuntur.

S. Thom. 1. p. q. 108. a. 5.

Quarto igitur loco, annumerandi ſunt Metropolitani, ſeu primæ ſedis in prouincia Epiſcopi, quos ſacri canones promiſcuè nuncupant aliquando Archiepiſcopos, aliquando Metropolitas, aliquando etiam *Primates*. Hi enim quia ſunt comprouincialium Epiſcoporum principes, *c. Cleros.* v. *Archiepiſcopus, diſt.* 21. qui velut Archangeli, Angelis inferioribus præſunt, ſic vt muneris amplitudine illis præcellunt, ſic maioribus inſigniti priuilegijs conſpiciuntur. Archiepiſcopus

Cap. 3. De foro competenti. Legenda eſt etiam Leonis Magni ad Theodoſ. Forojulienſem Epiſcop. Epiſt. quę ordine eſt 91. hîc enim diſertè, Metropolitæ primates nuncupantur, vt & in priuilegio Benedicti P P. & Remenſibus Archiepiſcopis impertito, quod recitat Hincmarus Epiſt. 6. c. 21. & 24.

piſcopus enim quilibet eſt iudex ordinarius totius prouinciæ, & eius curam gerit vniuerſaliter, ſed non ſingulariter, *Gloſ. pen. in cap. paſtoral. de offic. ordin.* Intra prouinciam poteſt excommunicatos à ſuffraganeis ad cautelam abſoluere, mediante appellatione, *cap. Venerabilibus. §. poteſt.* Indulgentias intra ipſam prouinciam licet ei, canonica forma, concedere, *cap. pen. & ibi gloſ. 1. de pœnit. & remiſſ. & gloſ. abſoluere. in cap. fi. de cenſib. lib. 6.* Poteſt conuocare Prælatos prouinciæ ad Concil. prouinciale, *cap. 1. de pœn. eod. lib.* In eóque Concilio eſt iudex principalis, *Can. de eo. diſt. 50.* Qui & ſi ibi canonem ediderit, ligat ad eius obſeruationem omnes ſubditos totius prouinciæ, *gloſ. ſent. in cap. Romana. §. porrò. de ſententia excom. lib. 6.* Inſuper eius eſt, ſuffraganeos ſuos ordinare,

Digitized by Google

cap. quod ſedem de officio ordinarij. Imò ſuffraganeos ipſos punire, *cap. in tantum 26. de appell.* Eſt enim iudex Officialis ſui ſuffraganei, *cap. 1. de off. vic. lib. 6. & gloſ. rationabilia* ibid. *& cap. Venerabilibus in primo.* Habetque Iuriſdictionem in ſubditos ſuorum ſuffraganeorum, ſi ipſi negligant facere iuſtitiam, *dicto cap. §. ſane.* Vt igitur Archiepiſcopus iuriſdictione maior eſt Epiſcopis, ſic non tantùm illis præeminet gradu & honore, ſed etiam ſacrorum inſigniorum ſplendore. Si quidem pallio, quod plenitudinis officij Pontificalis ſignaculum eſt, inter illos, vt ſol inter aſtra proprij decore luminis refulget. Hócque ornamento vti poteſt, intra quamlibet Eccleſiam ſuæ prouinciæ, imò & crucem erectam per totam prouinciam, obeundo, poteſt ante ſe deferri facere. Nam

Digitized by Google

huius priuilegij conceſſio eſt aperta & explorata, vt quæ à Clemente v. in Concilio generali Viennenſi indulta, approbata, iurique Pontificio inſerta eſt, ſub hac verborum ſerie. *Archiepiſcopo per quauis loca exempta ſua prouinciæ facienti tranſitum, aut ad ea forſitan declinanti, vt crucem ante ſe liberè portari faciat, benedicat populo, diuina officia priuatim, vel publicè ibidem audiat, & ea etiam in Pontificalibus celebret: ſacro approbante Concilio, præſentis ſcripti ſerie duximus concedendum.* Conſtat igitur, hanc prærogatiuam Archiepiſcopis, canonica conſtitutione, fuiſſe à ſede Apoſtolica impertitam. Nec vlli ſunt Antiſtites, Archiepiſcopis inferiores, quibus liceat huius prærogatiuæ gloriâ enitere. Ex præmiſſis autem colligere promptum eſt, Papam hoc ius à ſe ſolo habere:

Digitized by Google

at verò ſacros Proceres digniores, ſcilicèt Legatos Apoſtolicos, Patriarchas quatuor maiores, & ſingulos Metropolitanos, ſpeciali Pontificis ipſius Max. conceſſu; ſed diuerſo modo & certa definitáque lege.

Cap. III.

An Primates, ratione dignitatis ſuæ Primatialis, crucis præportatione gaudeant; Et an ipſis liceat extra Prouinciam, cui vt Archiepiſcopi præſunt, crucem vexillariam circumgerere.

NON inficiamur Primates, vt Archiepiſcopos, hoc honoris commercio frui, vt peraltam crucem ſibi faciant præportari, ſed ideò ſigillatim illorum in ſuperiori capite non com-

Digitized by Google

meminimus : quia cùm de ſacris his proceribus tantùm ageremus, qui hoc priuilegium à iure communi habent, nihil prorſus quo id honoris Primatibus (vt Primates ſunt) decretum fuerit, potuimus in Iure Canonico, vel Concilijs, aut Pontificijs Epiſtolijs reperire. Hinc igitur facilè deprehendimus, Primates crucem ſublimem quando ſibi præferri faciunt, hoc ex iure Metropolitanæ dignitatis (quæ intrinſeca eſt eorum forma) non autem ratione tituli Primatialis (qui per ſe non ſubſiſtit) ſibi vindicare. Enimuerò ſi vt Primates ſunt, crucis anteferendæ prærogatiua donati fuiſſent à ſede Apoſtolica; certè cum aliqua differentia (vt in Patriarchis viſum eſt) ipſa crux eis præferenda, efformari debuiſſet, quo diſcrimine paſſim ſecernerentur ab Archiepiſcopis,

qui crucis etiam ſublimis ante ſe delatione illuſtrantur. Verùm cùm vna eádemque ſit, crucis, quam Primas (verbi gratia) Lugdunenſis & Archiepiſcopus Pariſienſis ſibi (vbi præſunt) præportari faciunt, forma: facile eſt cuique intelligere, ambos hos Præſules, ratione vnius eiuſdemque dignitatis, hæc eadem inſignia gerere. Cruce enim ſimplici, quæ vno tranſverſo ligno, ſiue intermedia linea conſtat, vterque vtitur: vt non obſcurum eſſe poſſit, neutrum eorum Patriarchatu pollere, ſed dumtaxat Archiepiſcopali dignitate præditos, hoc vnum idemque prorſus, eiuſdem honoris ſignaculum, ex æquo obtinere & præ ſe ferre.

Vnde æquum eſt ac neceſſarium colligere, Primates ipſos nullum ius habere, crucem ipſam ſublimem extra prouinciam ſuam cir-

Digitized by Google

cumgerendi. Etenim cum ex iure communi nulla ſint Primatialis dignitatis propria inſignia, crúxque illa erecta dignitatis tantùm Archiepiſcopalis nota ſit perſpicua, ſatis indè conijcitur, hoc poteſtatis ſuæ ſignaculo, Primatem debere in ſuo duntaxat Archiepiſcopatu præeminere: ſiquidem hanc, vt tantùm Archiepiſcopus, prærogatiuam habet. Certè commune placitum eſt, ita rem ſe habere ad operari, vt ſe habet ad eſſe. Ideóque ſicut ignis ex ſe clarus eſt, & calidus, & tamen vrit non ſicut eſt clarus, ſed prout eſt calidus: Ita Præantiſtes Lugdunenſis qui Metropolitanus eſt & Primas gerit crucem ſublimem, non vt eſt Primas, ſed vt eſt Archiepiſcopus. Et ſicut ignis extra virtutem propriam (id eſt gradum caloris) non vrit, ita Præſul Lugdunenſis proprios

Digitized by Google

actus ſuæ poteſtatis Archiepiſco-palis, extra ſphæram ſuæ actiuitatis, id eſt, limites propriæ ſuæ iuriſdictionis metropolitanæ, minimè exercere poteſt & propagare. Sicut enim extra Prouinciam ſuam non extendit iura Metropolitanæ ſuæ poteſtatis, ſic nec inſignia poteſt prorogare quæ propria ſunt huius iuriſdictionis. Hoc autem maximè confirmatur, ex eo quòd pallium habet Primas, non vt Primas, ſed vt Archiepiſcopus, *cap. penult. de præſumpt.* At illud extra propriam prouinciam perferre non poteſt: quia licèt perſonæ detur pallium, tamen hoc fit loci contemplatione, *Gloſ. fin. in cap. bonæ. 3. De poſtulatione prælat.* Ergo neque crucem ſublimem poteſt extra ſuam prouinciam ſibi præferri facere, quia & ipſa, ſicut pallium, Archiepiſcopalis poteſtatis (quæ localis

Digitized by Google

localis eſt)proprium eſt ſignaculum.

Porro ex hac ratione conijcitur conſideratio admodũ neceſſaria. Sicut enim ex præmiſſa ratiocinatione conficitur, hanc prærogatiuam Archiepiſcopalem, Archipræſules Primates, extra Archiepiſcopatum ſuum extendere non poſſe: Sic etiam operæ precium eſt demonſtrare, illos hoc ſibi arrogare nec debere, nec decere. Nam inde ſequeretur abſurdum. Cùm enim crux ſublimis ante Præſulem delata, ſit ſignum Archiepiſcopalis dignitatis & poteſtatis: ſi Archipræſules Primates extra proprium Archiepiſcopatum hoc inſigne traducerẽt, ídque in prouincia alterius Archiepiſcopi præ ſe ferrent, duo ſimul Metropolitani concurrerent, ſicque Eccleſia biceps videretur. Nam æquo gradu & per ſimili apparatu procederent, vel vno eodém-

que loco conſidentes conſpicerentur, duo Præſules, duo Paſtores: Quod certè deſtrueret vnitatis Sacramentum. Vna enim eſt & ſemper vna videri debet Eccleſia, iuxta il-
Cant. 6. 8. lud, *Vna eſt columba mea, immaculata mea*: ad quod & oraculum
Ioan. 10. 16. illud pertinet Dominicum; *Erit vnum ouile, & vnus paſtor*. Propter quam formam, & vnus vnius ciuitatis eſſe debet Epiſcopus, *gloſ. ſingulos. in can. 2. diſt.* 80. Cui conſonat illud S. Hieronymi ad Nepotianum: *Vnus Dominus, vnum templum, vnum ſit etiam miniſterium.*

Dices: *Primas, etſi crucem erectam præ ſe ferret in aliena Metropoli, non tamen perturbaret proprij eiuſdem prouinciæ Archiepiſcopi officium, non ſe ingereret in miniſterium, non igitur violaret huius vnitatis myſterium.* Reſpondeo. Pri-

mas hæc inſignia præ ſe ferens, vt ornamentum, ſic officium Metropolitani aſſumeret: Nam ſolemniter præuia cruce procedens, benedictionem populo impertiretur; & ſic non ſolùm loci Antiſtitis ad ſe traheret honorem, ſed & iuriſdictionem. Etenim eiuſmodi benedictio Pontificalis, eſt actus poteſtatis ordinariæque iuriſdictionis, cùm, vt docent Theologi, & Canoniſtæ *in 4. ſent. d. 16. & ad c. 6. Numeror. v. 23.* peccata venialia remittat. Ideóque actum peculiarem & officium proprij Paſtoris, cum immediata ſuper populum auctoritate, Primas ſibi, hæc faciens, vſurparet. Proinde grauem ordinario iniuriam inferret, imò impertiendo ſuam populo benedictionem, ipſum ordinarium Paſtorem & Pontificem, in hanc pertraheret maledictionem. *Videbis æmulum tuum*

Vide gloſam, Benedictionẽ, in proœmio lib. 6. & Paludan. in 4. d. 16. q. 1. a. 2. ac Durantum, lib. 2. de ritib. Eccleſ. Catholicæ, c. 58.

in templo in omnibus proſperis Iſrael.
1. Reg. 2. 32. Imò ſic pro vnitate, duplicitatem induceret Deo exoſam, Eccleſiæ pernicioſam, Canonicis inſtitutis contrariam, *gloſ. opus. in cap. maiores. §. ſed hoc. de baptiſmo.* Enimuero impoſſibile eſt, vt Primas actus ordinarij Antiſtitis exerat, iura ſibi arroget, & inſignia præ ſe ferat, quin duo ſimul populo appareant Paſtores: quod valde *periculoſum* eſt, quandoquidem inde ſuboriuntur paſſim ſcandala, diuiſiones & ſchiſmata: Inſuper & *monſtruoſum*, nam vnum corpus haberet duo capita: *Probroſum* denique, quia tunc ordinarius Antiſtes bene ſe gerens in munere, & proinde, vt docet Apoſtolus, *duplici* 1. Timoth. 5. 17.
dignus honore, ipſius honoris (qui eidem debetur ratione non tantùm propriæ dignitatis, ſed & conſideratione oneris & laboris) deliquium

incurreret non minimum. Etenim vel in angulo deliteſcere, & ſic ab officio ceſſare (quod ouibus eius curæ creditis valde foret noxium) illum oporteret: vel neceſſe haberet Antiſtes ille in publicum prodeundo, obuiúmque incidendo in Primatem, ſolemniter procedentem, ex hoc concurſu cum Primate (qui data opera frequentiùs hoc cum apparatu incederet) ſplendorem ſuum amittere, & inſignia propriæ dignitatis deponere; vel æmulum, vt dictum eſt, vbique ſub oculis ſuſtinere, cum inſigni certè & continua iniuria. At ſic Primas minimè fieret immunis à culpa. Nam malum exemplum hæc agendo populo exhiberet: ſiquidem præter id quòd plebem impelleret in proprij contemptum Præſulis & Paſtoris, etiam ſui ipſius malam opinionem excitaret, cùm quid-

Digitized by Google

quid diceret ſe iure ſuo vti & dignitatem ſuam tueri, facilè tamen ſibi omnes perſuaderent, hæc inſignia, hæc munera, ipſum ſibi faſtuoſè arrogare, ex ſuperbia, ex ambitione, ex mala æmulatione. Ab exemplis enim argumentari licet, *c. qui ſtudet. 11. q. 1.* Et in exemplum paſſim trahitur à minoribus, quod factum eſt à maioribus, *cap. cùm quidam. de iure iureiurando.* Inſuper Primas ipſe grauem in reatum incurreret, nam faceret fratri ſuo, quod à quoquam Primatum Primate, vel Patriarcha, ſibi nollet vllatenus irrogari; *terminos quos poſuère Patres tranſiliret*; *falcem ſuam mitteret in meſſem alienam*; grauiter denique peccaret aliena rapiens; inconceſſa ſibi tribuens, ſed & aggrediens illicita. Ius ſiquidem prærogatiua illa vtendi, nullum habet; imò ius ipſum & ratio,

Prouerb. 22. 28. Deut. 23. 25. Legendus S. Gregor. in reſponſ. ad 9. interrogat. Auguſt.

& conſuetudo omnino prohibent, nē illa vtatur, ſicut ex ſequētibus capitulis perſpicuè, vt confidimus, fiet vnicuique exploratum.

Cap. IV.

Primates non habere à iure vt crux illis per totam Primatiam præferatur: ſicut D. Lugdunenſis contendit.

IVRE communi quod alicui conuenit, negandum non eſt. *Gloſ. fi. in can. de his. diſt. 28.* Si igitur Primas Lugdunenſis facultatem quam prætendit haberet à iure, non eſſet vtique id quod exigit impugnandum. Verùm omnino manifeſtum eſt, prærogatiuam quam ſibi arrogare contendit, minimè

ex iure communi illi competere; cùm nulla conſtitutione, aut conceſſione canonica comprobare poſſit, hanc Primatibus vniuerſis vnquam conceſſam fuiſſe poteſtatem.

Attamen cùm ipſe D. Lugdunenſis ius commune, & Canones Eccleſiaſticos haud ignoret, proindéque ipſummet non fugiat, nec apicem eiuſmodi conceſſionis vſpiam extare; neque vllo expreſſo canonicæ ſanctionis teſtimonio, poſſe approbari hanc, quam affectat, communi iure, quibuſlibet Primatibus indultam fuiſſe aliquando facultatem: vt nihilominus ad finem quem intendit perueniat circulum agit, & ſuppetias aliunde petens ex Patriarcharum ſtatu, Primatûm formam exprimit, iúſque illorum ad iſtos traducit.

Conſtat enim ex dictis cap. 2. Summos quatuor Patriarchas habere

Digitized by Google

bere à iure probatiſſimo, vt crucis vexillum paſſim ante ſe deferri faciant. Hoc autem ſic in cauſæ ſuæ Dominus Primas Lugdunenſis accommodat ſubſidium, vt inde inferat eodem iure ad omnes Primates eiuſmodi prærogatiuam extendi oportere. Sicut enim (inquit) Patriarchæ illi, crucem ſublimem ante ſe faciunt perferri, per totum ſuum Patriarchatum; ſic illam ſibi præportari facere poſſunt Primates, per vniuerſæ ſuæ Primatiæ ambitum. Idem eſt enim Primas qui Patriarcha: nam officium idem eſt, etſi nomina ſint diuerſa. *Can. prouinciæ. diſt. 99.*

At exemplum hoc nil iuuat, nec valet argumentum. Nam quòd pertinet ad exemplum, nemo lubens admittet, hanc Primatûm cum Patriarchis comparationem, cùm inter ſummos illos Patriarchas, &

Primates, non minor ſit diſtantia quàm inter punctum & circulum, non minor iurium & honorum diſcrepantia, quàm locorum intercapedo inter Byzantium & Lugdunum. Siquidem Patriarchæ quatuor maiores ſunt poſt Sanctiſſimum Papam, in Eccleſia, omnium maximi & auguſtiſſimi : ideóque ſuam claſſem conſtituunt : Nec eſt in orbe Antiſtes qui ad illorum conſeſſum conſcendere queat. Sunt enim incomparabiles, & ſoli Patriarchæ veri. *Catechiſm. Rom. iuſſu Pij* v. *editus, p. 2. c. 7. de ord. ſacram. num. 27. tit. de antiquis Patriarcharum ſedibus.* Ideóque magnum chaos firmatum eſt inter hos, & Primates ſeu minorum gentium Patriarchas, qui ſic nomine tenus appellantur. Nam illi primarij, & ſummi Patriarchæ ſublimes thronis inſident : Inferiores autem,

Fileſac. de ſacra Epiſcop. auctorit. c. 9. §. 7.

ſeu minores Præantiſtites in gradibus conſident humiles; quare dicuntur, *imorum ſubſelliorum Patriarchæ.*

Nec *Canon Prouinciæ*, præinductus pro aduerſaria parte, valet ad æqualitatem, ſeu idemtitatem, quam vrget ipſe D. Lugdunenſis, confirmandam. Eſt enim intelligendus analogicè. Non negamus ſiquidem Primates pro modulo aliquam præ ſe ferre Patriarcharum ſpeciem, ſcilicet quantùm ad loci cui præſunt dignitatem, aut ſedis antiquitatem, aut fori Eccleſiaſtici ſuperioritatem. At quantùm ad dignitatem ipſam Patriarchatus, certum eſt nullum hos habere cum illis conſortium; nullam gradus, aut honoris conuenientiam; nullam poteſtatis, & auctoritatis ſimilitudinem. Igitur Canon ille *Prouinciæ* eo ferè ſenſu accipiendus eſt, ac

Digitized by Google

illa S. Hieronymi ſententia, qua omnes Epiſcopos pares facit. *Vbicumque fuerit Epiſcopus, ſiue Romæ, ſiue Eugubij, ſiue Conſtantinopoli, ſiue Rhegij, ſiue Alexandriæ, ſiue Tanis, eiuſdem meriti eſt & eiuſdem ſacerdotij: potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas ſublimiorem, vel inferiorem Epiſcopum non facit.* Conſtat enim illum ſic eſſe locutũ de Epiſcopatu ratione characteris, ſed non ratione iuriſdictionis & Eccleſiaſticæ poteſtatis. Quis enim ſibi perſuaſurus eſt, S. Hieronymum negare voluiſſe maiorem eſſe iuriſdictionem, & auctoritatem Epiſcopi Alexandrini quàm Tanenſis; cùm conſtet illum tribus magnis prouincijs, iſtum vni tantum ciuitatulæ præfuiſſe? illúmque Patriarcham ſub Pontifice Max. tùm extitiſſe Primarium; iſtum verò ſimplicem dumtaxat fuiſſe

In Epiſt. ad Euag.

Digitized by Google

Epiſcopum, Archiepiſcopo ſuo obnoxium, Patriarchæ verò Conſtantinopolitano ſubditum?

Eo itaque modo Primas dicitur cum Patriarcha habere vnam dignitatem, quo & Tanenſis Epiſcopus cum Alexandrino Antiſtite, vel Conſtantinopolitano, vel etiam Romano Pontifice, eiuſdem meriti & ſacerdotij participationem aſſeritur obtinere. Sic enim *Primates* nuncupantur aliquando *Patriarchæ*, vt *Epiſcopi* olim *Papæ* dicebantur, ſcilicet nomine tenus & honoris gratia.

Exemplum igitur ex hac comparatione petitum valde eſt ab re alienum. At nec argumentum ex hoc principio ductum aliquid efficit. Si enim quid valeret, neceſſariò ſequeretur, Primates non ſolùm per totam ſuam Primatiam erectam crucem poſſe circumgeſta-

Digitized by Google

re, ſed etiam eam ſibi præferri facere, vbique præterquam in vrbe Roma, aut vbi Pontifex adeſſet, ſeu eius Legatus à Latere. Hoc enim eſt Magnorum Patriarcharum priuilegium, vt conſtat ex Apoſtolica & Synodali Sanctione ſuprà commemorata. Sed quod abſurditatem comparationis eiuſmodi magis prodit & arguit, eſt hæc potiſſimùm, quæ inde procedit, conſequentia. Nimirum quòd ſi priuilegium, quod expreſſè legitur ſummis quatuor Patriarchis indultum, etiam ipſo iure ad Primates intelligatur extenſum, eíſque eadem ratione communicatum cenſeatur: Non ſolùm Primates ipſi, vt quatuor ſummi Patriarchæ, crucis vexillum poſſunt vbicumque proficiſcuntur ſibi anteferri facere, ſed omnes inſuper alias prærogatiuas, quas conſtat maximis eiſdem

Patriarchis fuiſſe conceſſas, ad ſe traducere. Et conſequenter Archiepiſcopis in ſua Primatia conſiſtentibus, pallium conferre, appellationes ſuffraganeorum in omnibus caſibus (omiſſis Metropolitanis) ſuſcipere, Epiſcopos inſtituere, imò & deſtituere (ſalua, vt diximus, ad ſedem Apoſtolicam appellatione) *Gloſ. in cap. renouantes*, & alia omnia iura ſummis his Patriarchis adſcripta & decreta ſibi vendicare, quæ ipſos effecerunt Pontifici Maximo proximos & perſimiles. At hoc ridiculum eſt, nec viſi ſunt huc vſque in Occidente Primates, qui hanc paritatem priuilegiorum & ſimilitudinem, imò idemtitatem dignitatis, honoris ac poteſtatis, cum Patriarchis illis propriè dictis auſi fuerint aliquando affectare.

At vt etiam demus, inter digni-

tates eiuſmodi, & gradus admittendam eſſe comparationem, non tamen poteſt Dominus Lugdunenſis, nec alius ſimilis Primas, inde elicere illam quam prætendit iurium cum Patriarchis paritatem: & conſequenter nec præ ſe ferendæ crucis vbilibet prærogatiuam ſibimet adſcribere. Abſoluta enim auctoritas eſt, iura exorbitantia non extendi ex idemtitate rationis quæ non ſit in iure expreſſa, ad alium caſum, quàm ſit in iure ipſo comprehenſum. *Gloſ. prorogamus. in cap. Conſtitutionem. de regularib. lib. 6*. Atqui in ipſo iure nihil exprimitur de hac quam Primas Lugdunenſis prætendit idemtitate & paritate. Igitur cùm hoc priuilegium ſit exorbitans, & rarum, & ſpeciale, non eſt ad caſum penitus diuerſum (ad quem ipſe D. Lugdunenſis id traducere & prorogare nititur)

Digitized by Google

nititur) extendendum. Verùm quòd caſus iſte ſit alius, & diuerſus, omnino ſit exploratum, ex eo quòd ſubiecta ſint penitus diuerſa, & cauſa ipſa propter quam, & finis.

Præterea iura ſpecialia ad conſequentiam trahi non poſſunt. *Gloſa, non præſumant, in Extrauaganti, Iniuncta, de offic. delegati inter commun.* Sed priuilegium præferendi crucem, quatuor ſummis Patriarchis eſt ſpeciale, vt conſtat ex ſerie ipſius Apoſtolicæ & Synodalis ſanctionis. Sic enim incipit. *Antiqua Patriarchalium ſedium priuilegia renouantes, ſancta vniuerſali Synodo approbante ſancimus, vt poſt Romanam Eccleſiam, Conſtantinopolitána primum, Alexandrina ſecundum, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartum locũ obtineãt, ſeruata cuilibet propria dignitate.*

Subinde verò tria priuilegia an-

Digitized by Google

tiquitus ipſis primarijs ſedibus conceſſa fuiſſe memorantur & renouata confirmantur. Primum, Quòd Patriarchæ dant pallium. Secundũ, Quòd vbique, præterquam in vrbe & vbi adeſt Pontifex, aut Legatus à Latere, poſſunt crucis vexillum ſibi facere præerectum deferre. Tertium, Quòd ab omnibus eis ſubiectis Præſulibus ad ipſos, in omnibus caſibus, prouocari poſſit.

Porro ex hoc contextu facile eſt, horum priuilegiorum ad alios Præſules extenſionem proſcribere. Nam ſicut ſpeciale eſt his ſedibus, vt primarium locum teneant poſt ſedem Apoſtolicam: Ita & illa, quæ huius præeminentiæ gratia, Præſulibus earum, decreta fuere antiquitus priuilegia, certum eſt, illis ſpecialia & propria eſſe. Proindéque ex Canonica regula præinducta, liquet illa ad conſequentiam

Vide Concil. 8. generale ſub Hadriano 2. celebratum, act. 6.

Digitized by Google

minimè à quoquam eſſe pertrahenda. Quandoquidem ſi vnum ex his priuilegijs poſſet ad conſequentiam deriuari, eadem ratione poſſent & cætera ad perſimilem conſequentiā traduci. Verùm ex dictis patet quod primum & tertium ſit Patriarchis ita ſpeciale proprium, vt (cuiuſcumque Primatus prætextu) nunquam fuerit ex conſequentia idemtitatis, aut ſimilitudinis ad ius & vſum Primatûm ſimplicium deriuatum. Igitur nec ſecundum (quod eſt de cruce vexillari vbilibet anteferenda) eſt ad hanc conſequentiam deducendum.

Verùm nec hîc ſubſiſto. Ponamus enim ſimplices Primates per omnia maximis quatuor Patriarchis pares & æquales eſſe (ſatis eſt enim quòd non ſint maiores) certè ex hac gradus æqualitate, non poſſunt aliquid prærogatiua Patriar-

Digitized by Google

chali ſublimius & præſtantius ſibi arrogare: nec magis cenſendi ſunt priuilegiati (ſi ita loqui liceat) aut ſpectabiles quàm ipſi Primarij Patriarchæ. Igitur non ea debent, ſine ſpeciali priuilegio, ſibi vendicare, quæ Patriarchæ ipſi principales ſine expreſſo eiuſmodi priuilegio non haberent. Porro ſine ſpeciali & Canonibus expreſſa conceſſione Patriarchæ illi præcipui prærogatiuam ſublimis crucis præferendæ non obtinerent. Ideóque nec illam ſine eiuſmodi expreſſo priuilegio poſſunt, aut debent Primates prætendere. Confirmatur hæc ratiocinatio auctoritate Nicolai Papæ cognomento Magni in Epiſt. ad Rodulphum 47. Bituricenſem Archiepiſcopum, Primatus ſui iura immoderatiùs propagantem. *Primates*, inquit, *& Patriarchas nihil priuilegij habere præ cæteris Epiſco-*

Refertur Can. conqueſt. eſt. 9.q.3.

pis, niſi quantum ſacri Canones concedunt & priſca conſuetudo illis contulit, definimus. Itaque ſecundùm Nicenas regulas priuilegia ſeruentur Eccleſijs. Cuius quidem definitionis Apoſtolicæ ratio grauiſſima eſt & æquiſſima. Videlicet quòd cùm ſit *vnus* (vt S. Cyprian. docet) *in Eccleſia Catholica Epiſcopus*, id eſt vniuerſalis omnium paſtor; Chriſti vicarius, Petri ſucceſſor, caput Eccleſiæ, Dominici ouilis & vineæ cuſtos, amicus ſponſi, Rector domus Dei, pater Patrum, Patriarcharum Epiſcopus: Et (vt cum Tertulliano loquar) *Epiſcopus Epiſcoporum, Benedictus Papa, Pontifex Maxim.* à Domino immediatè inſtitutus; iure diuino agnis & ouibus, id eſt, laicis & clericis, ouiculis & paſtoribus præpoſitus: Cùm, inquam, hic ſolus diuinitus ſit præfectus vniuerſali Eccleſiæ, omnes

Lib. 1. Ep. 3 & 8. lib 2 Ep. 10. & Tract. de vnitate Eccleſ.

Lib. de Pudicit. c. 13.

Digitized by Google

quotquot in orbe ſunt Epiſcopi illi vt membra capiti ſuffragantur & cooperantur. Vocati ſunt enim *in partem miniſterij huius* (vt de Apoſtolo Mathia in Actis legimus) ideſt in partem ſollicitudinis, *licèt non in plenitudinem poteſtatis.* Et ideo à
Leo 1. Ep. 84. ad Anaſtaſ. Theſſal. Epiſc. Papa *fratres & coëpiſcopi* appellan-
Ibid. tur, imò à Chriſto Ieſu (c. 2. & 3. Apocal.) *Eccleſiarum Angeli:* quia vnicuique Eccleſiæ præſunt, inuigilant, proſpiciunt, háſque regunt, illuminant & protegunt. Quapropter *Eccleſiæ luminaria & columnæ, Apoſtolorum vicarij, Dei Legati, fidelis populi duces*, in Concilio Pariſienſi dicuntur. Imò & creditæ ſi-
Lib. I. c. 4. & lib. 3. c. 9. bi Eccleſiæ ſunt capita, *cap. quoniam. de officio ordinarij.* Quibus ideo regendæ Eccleſiæ ſuæ poteſtas eſt plenaria. *Can. per ſingulas. 9. q. 3.* Nam & Apoſtolus eos innuit ad hoc cœlitus fuiſſe inſtitutos. *Quos*

Digitized by Google

poſuit Spiritus Sanctus Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Act. *20.* Ab Eccleſiæ igitur incunabulis, fuerunt Epiſcopi & Pontifex; quando inter ipſos Apoſtolos (quorum ſucceſſores ſunt Epiſcopi, *cap. 1. §. per frontis. de ſacra vnctione*) vnus Petrus ſingulari Primatu prçeminebat, *Matth. 10.* At Patriarchæ, Metropolitæ & Primates, non niſi poſtea inſurrexerunt conſtituti à ſede Apoſtolica pro faciliori regimine vniuerſalis Eccleſiæ, vt docet S. Leo, Ep. 84. ſub finem, vbi ait. *Magna diſpoſitione prouiſum eſt, ne omnes ſibi omnia vendicarent, ſed eſſent in ſingulis prouincijs ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſententia, & rurſus quidam in maioribus vrbibus conſtituti ſollicitudinem ſuſciperent ampliorem, per quos ad vnam Petri ſedem, vniuerſalis Eccleſia cura*

Digitized by Google

confluerет, & nihil vſquam à ſuo capite diſsideret. Et inde eſt quòd Gregorius ſeptimus, verba faciens de Primatus Lugdunenſis origine, hanc generalem profert de omnium Præantiſtitum inſtitutione ſententiam. *Sedes Apoſtolica Præſules, Archiepiſcopos & Primates ordinauit.* Cui conſonat diſertiſſimè *Can. omnes. diſt. 22.* magíſque id cõfirmat Niceni Concilij Protoœcumenici can. *6.* in Chalcedonenſi numeroſiſſima Synodo approbatus: quo perſpicuum fit, Patriarchas ipſos ſupremos, huius honoris prærogatiuam ex conceſſione Romani Pontificis antiquitus accepiſſe; vt planum ſit omnino maiores, ipſos Patriarchas, & conſequenter inferiores Primates, nihil iuris præ cæteris Epiſcopis habere (vt docet præcitata Nicolai I. ſententia) niſi quòd eiſdem à Pontifice Maximo decretum eſt,

Lib. 6. Ep. 34.

Act. 16.

Digitized by Google

eſt, & ſacris canonibus, quibus tota eorum dignitas innititur, attributum, aut vetuſta conſuetudine in eorum gratiam introductum. Sicut igitur Patriarchæ ſummi crucem ſibi paſſim præportari faciunt, non ex ipſa ſua dignitate, ſed ex ſpeciali priuilegio, quo id eis ſingulariter à ſede Apoſtolica conceſſum eſt: Sic dubio procul Primates, quamuis eodem dignitatis gradu præfulgerent, minimè poſſent hac ſingulari Apoſtolici honoris communicatione potiri, niſi ſpeciali priuilegio canonicáque conceſſione oſtenderent, illam ſibi quoque fuiſſe à ſede Apoſtolica impertitam. Cùm igitur Dominus Lugdunenſis, nec apicem factæ ſibi conceſſionis eiuſmodi ab Apoſtolico vniuerſalis Eccleſiæ Pontifice, poſſit digito deſtinare; fateri vtique debet ius nullum ſibi ſuppetere, quo tanti

Digitized by Google

honoris cum ſummo ipſo Pontifice, & Magnis quatuor illis Patriarchis conſortium prætendere poſſit, aut affectare debeat. Cæterùm de
Cap. 11. Iure Primatus rurſus diſſerendum erit, & quidem accuratiùs, vbi de Iuribus agemus Primatiæ Lugdunenſis.

Cap. V.

Primates quotquot in Occidente recenſentur, hoc ipſum non habere à priſca & recepta conſuetudine.

CONSVETVDO poteſt concurrere cum iure communi, *cap. Venerabilem. 34. in princ. de Elect.* & tunc fortior eſt, quàm cùm ſola procedit, *cap. cùm veniſſent. de Inſtitut.* Verùm etiam cùm minimè iuri communi eſt in-

Digitized by Google

nixa, aut annexa, pondus ſuum habet, & ſeruanda eſt, modò non ſit ſacris Canonibus inimica. *Can. ſcit ſanct. d. 12. gloſ. 1. in cap. 3. de donat.* Imò quando legitima eſt & rationabilis, ius inducit. *Cap. 1. & ibi gloſ. 1. de Conſuet. lib. 6.* Etenim ipſa vt ſic, ius quoddam dici poteſt, *Ibidem*: & vim priuilegij obtinet, *can. mala. diſt. 8.* Vnde præfatus Nicolaus Pontifex, quando decernit, *can. conqueſtus*, etiam *Primates & Patriarchas nihil priuilegij habere præ cæteris Epiſcopis*: hæc diſertè ſubnectit. *Niſi quantum ſacri Canones concedunt, aut priſca conſuetudo illis contulit.* Quapropter Dominus Lugdunenſis, cùm ex ſacris Canonibus non poſſit approbare prærogatiuam illam quam ſibi adſcribere adnititur; deficiente hoc præſidio ad aliud recurrit, nempe ad conſuetudinem, & quidem vniuerſalem.

Contendit enim hanc eſſe vbique receptam conſuetudinem, vt quique Primates, per totam ſuam Primatiam procedentes, ſublimem crucem ſibi faciant præferri: proindéque ſibi, qui Primas eſſe dignoſcitur, adſtruit, eamdem competere facultatem. Nec abs re omnino, ſi res ita ſe haberent. Etenim conſuetudo generalis eſt ſequenda, *gloſ. Maior. in can. legimus. diſt. 93.* Verùm tantùm abeſt, vt conſuetudo hæc vniuerſalis vigeat, quam vrget Primas Lugdunenſis, cùm potiùs conſuetudo generalis in contrariū faciat: Nam nullus eſt Primas in Occidente (ſiquidem in Oriente eiuſmodi Primates haud exiſtunt) qui ex conſuetudine hanc prærogatiuam obtineat. Perfacile eſt, ſanè, hoc inductione propalare. Enimuero inter Latinos, Primates ſunt plurimi, ſiue alij titulo tenus, ſiue

Digitized by Google

alij reipſa & honore. Sunt enim in Italia Geneuenſis, & Piſanus, Aquilegienſis & Gràdenſis, qui & nunc Venetus inſuper & Spalatenſis. In Hiſpania Toletanus & Bracarenſis; In Anglia Cantuarienſis & Eboracenſis; In Germania Salſeburgenſis & Magdeburgenſis. At in Gallia, longè plures quàm alibi vſpiam. Hîc enim Primates octo annumerantur, nempe Bituricenſis & Burdigalenſis, Arelatenſis & Viennenſis, Lugdunenſis & Senonenſis, Remenſis & Rotomagenſis. Sed hi Primates ferè omnes ſunt vmbratiles, cùm ferè nulli ex eis, prærogatiuis Primatiæ gaudeant; omnes verò in ipſo ſuo Primatu, æmulum propriũ & proximum patiantur. Siquidem Aquilegienſis vix nomen poſt ſedis immutationem retinuit, cùm reſideat hodie in Vtinenſi oppidulo. Ipſe autem contendit nihilominus

Digitized by Google

acriter, de prærogatiua, cum Gradenſi. Cum quo etiam litigat Spalatenſis de Dalmatiæ Primatu & Croatiæ. Piſanus autem & Geneuenſis de Primatu Corſicæ decertant: Toletanus verò & Bracarenſis de Primatu Hiſpaniæ; Salſeburgenſis & Magdeburgenſis de Primatu Germaniæ. Bituricenſis ſemper eſt in procinctu cum Burdegalenſi ob Primatum Aquitaniæ. Arelatenſis à multis ſeculis, pugnat cum Viennenſi, pro ſupremo Primatu Galliarum; Lugdunenſis graue diſſidium habet pro Galliæ Celticæ Primatu, cum Senonenſi, qui maiora etiam ſibi tribuens, Galliȩ abſolutè Primatem & Germaniæ, ſe conſtanter inſcribit: Imò cum Rotomagenſi qui Neuſtriæ Primatem ſeſe gerit. Archiepiſcopus autem Remenſis ſe vnicum prȩdicat in Gallijs ſedis Apoſtolicæ Legatum na-

Digitized by Google

tum; & conſequenter, non tantùm Galliæ Belgicæ præantiſtitem ſe aſtruit, ſed ſingulari priuilegio Apoſtolicæ Legationis ſuffultus, ſublimiorem omnibus alijs Primatum prætendit. Quamuis Viennenſis, vt omnes illos Galliarum Patriarchas ſuo ſubiuget imperio, ſeſe Primatem Primatum, perpetuò aſſeueret. Porro ex hac Primatum turba & æmulatione, facile eſt colligere illos perexigua, vel potiùs nulla pollere Primatus eminentia: cùm ægrè, vel ſolius Primatiæ titulum ſibi valeant aſtruere. Italorum non reminiſcor, qui Apoſtolici ſolis ſplendore ita offuſcantur, vt nec cum nominis inſignijs poſſint aliquando comparere. Germanos prætermitto, quos tenuiſſimæ eſſe entitatis, prodit & efficit trium Imperialium Electorũ Colonienſis, Treuirenſis & Moguntini Archipræſulum auctoritas &

Digitized by Google

gloria. Hiſpaniæ igitur & Angliæ, ſed potiſſimùm Galliæ Primatum ratio habenda mihi eſt, qui aliquam cum nomine ipſo videntur Primatus ſui (qualiſcumque ſit) retinuiſſe dignitatem, aut authoritatem propagaſſe. Diſcutiendum igitur ſupereſt an celebriores illi Primates, præ ſe ferendæ crucis peraltæ prerogatiua eniteāt, & an ex vſu duntaxat & conſuetudine antiqua, probentur id iuris hactenus conſecuti eſſe.

Cap. VI.

Toletanũ ipſum Archipræſulem, Hiſpaniarum Primatem, præ ſe ferendæ Crucis peraltæ, per vniuerſam Hiſpaniam prærogatiua non pollere, ex iure ipſo Primatus, vel receptæ conſuetudinis vigore.

MOs fuit à Sanctis Apoſtolis ſummopere obſeruatus, cùm ad

Digitized by Google

ad aliquam prouinciam prædicationis gratia accedebant, ſeu diſcipulos ad eam docendam mittebant, ad eas vrbes, quamprimùm fieri poſſet, accedere, quæ capita regnorum erant; ſic enim citiùs faciliúſque vox Euangelij in omnium aures peruenire valebat: cùm redacto ad fidem principe, cæteri facilè nomina ſua darent. Sic Petrum Romam mundi dominam petijſſe, Andream eius germanũ Patras Achaiæ ciuitatem primariam, Ioannem Epheſum Aſiæ principem, & Paulum (vt cæteros Apoſtolos ſileam) Orbis præcipuas vrbes adijſſe, peragraſſe, & ſic orbem ipſum illuſtraſſe, manifeſtum eſt. Idem autem factitaſſe Apoſtolorum Diſcipulos facilè poteſt quiſque aduertere. Sic enim memoratur Martialis Bituricas veniſſe & Burdegalam, Lazarus Maſſiliam, Paulus Sergius Narbo-

nam, Trophimus Arelatem, Creſcens Viennam, & Dionyſius Lutetiam; qui & inde Eugenium ſuum Diſcipulum in Hiſpaniam ablegauit, vt Chriſti Euangelium ibidem diſſeminaret. Hic igitur Toletum vrbem regionis præcipuam, primùm appulit, vbi diſperſo ſalutifero ſemine, primam & plurimam credentium ſegetem excitauit; ſubindéque in Gallias ad Magiſtrum reuerſus, propè Lutetiam, Apoſtolico ſuo muneri palmam Martyrij adiungere demeruit. Quamuis autem non deſint Hiſpanici ſcriptores, qui Gallici nominis inuidia, ne quid ſe accepiſſe à Gallia, & ne Toletum fidei primitias ſuſcepiſſe è Lutetia poſſit videri, hanc labefactare nitantur veritatem: ſunt multò plures & grauiores qui eam teſtentur & tueãtur: nempe Vaſæus in Chronico Hiſpaniæ, Marinus Si-

culus, lib. 6. Hiſtoriæ Hiſpanicæ, Petrus Æquilinus Epiſcopus, lib. 6. Catalogi Sanctorum, c. 62. Molanus in Indiculo Sanctorum Belgij, Auctor florum Sanctorum Hiſpaniæ, alijque innumeri neoterici præter Lucium Dextrum, Methodium & alios antiquiores, quorum tamen ſilente teſtimonio, ſatis prædictorum æmulorum retunditur petulantia, auctoritate Martyrologij Romani. Siquidem vbi agitur de Natali ipſius Eugenij, hæc ad verbum legimus. XVII. *Cal. Decemb. Natalis S. Eugenij Epiſcopi Toletani & Martyris, Beati Dionyſij Areopagitæ Diſcipuli, qui in territorio Pariſienſi, conſummato Martyrij curſu, beatæ paſſionis coronam percepit à Domino.* Cui Romanæ Eccleſiæ oraculo, etiam Martyrologia Vſuardi & Adonis adſtipulantur: & ipſum conſonat Eccleſiæ

Digitized by Google

Toletanæ Breuiarium. Imò vniuerſa Hiſpania cum Rege ſuo idipſum nuper apertiſſimè profeſſa eſt, cùm à Carolo IX. Galliarum Rege Chriſtianiſſ. ſuppliciter efflagitauit, ſacra Beati ipſius Eugenij Protopræſulis ſui pignora, quæ religioſè in regali Cœnobio S. Dionyſij aſſeruabantur, ſibi regia munificentia impertiri: Nam accepta, Rege concedente Chriſtianiſſimo, pretioſa tanti Martyris ſpolia, hæc Hiſpania ouans & venerabunda ſuſcepit. Rex verò Philippus II. humeros tam nobili ſarcinæ ſubijciens, illa in ipſam Eccleſiam Toletanam, hoc eſt in propriam ſedem, quam illuſtris hic Martyr & Antiſtes inſtaurauerat, religioſo cultu & regio prorſus apparatu detulit & inuexit.

Ab hoc igitur tam glorioſo Protopræſule nonnulli ſunt ſcriptores qui deriuatum eſſe velint, Toletanæ

Digitized by Google

ſed's ſuper omnes Hiſpaniarum Eccleſias Primatum. Maximè Lucio Dextro tradente, non ob ſolius fundatoris memoriam, hanc prærogatiuam Eccleſiæ ipſi Toletanæ acceſſiſſe, ſed ex facto & expreſſa diſpoſitione ipſius fundatoris, qui Legati Apoſtolici (nempe S. Clementis) auctoritate fultus, coacta (etiam hoc ipſo tempore, quo Eccleſiam hanc inſtaurauerat) ſex Epiſcoporum Synodo, vt hæc ſedes primaria eſſet, inter omnes Hiſpanicas edixerit: non quòd vrbs ipſa eſſet omnium regionis huius ciuitatum princeps, ſed quòd in meditullio Hiſpaniæ ſita, velut centrum lineas omnes eiuſmodi connecteret, & in omnes æquè tenderet Heſperiæ partes. At vt eiuſmodi inſtitutio ex vſu approbetur, nemo eſt qui poſſit efficere. Imò Ioannes Mariana Soc. Ieſu lib. 9. de rebus

In Chronico omnimodæ hiſtoriæ, ad ann. Chriſti 112.

Digitized by Google

Hiſpaniæ, c. 19. ex profeſſo demonſtrat, inde non potuiſſe Primatum Toletanum promanare, cùm conſtet ipſum (cuius obſcura plurimùm ſunt principia) non fuiſſe, niſi diu poſtea, introductum, imò non niſi ſumma difficultate conſtitutum. Atque hæc ſunt perſuaſionis eius argumenta. Primùm, quòd in Concilijs antiquiſſimis Hiſpaniæ, nulla Antiſtitis Toletani inter cæteros prærogatiua appareat. Nam Eliberrino vetuſtiſſimo Concilio, Honoratus Toletanus Præſul poſt octo Epiſcopos nonus duntaxat conſediſſe & ſubſcripſiſſe memoratur. In Concilijs verò Toletanis vbi maximè oportuit auctoritatem Eccleſiæ vendicare, & Regum Gotthorum (quorum Toletum erat ſedes) ac populi fauor aderat non parum, ſæpe in numero Metropolitanorũ, inter poſtremos collocati cernun-

Digitized by Google

tur ipſi Toletani Antiſtites. Secundùm, quòd olim in Hiſpania nullus inter Metropolitas videatur aliquo Primatu prçcelluiſſe: Etenim cùm in ipſa Hiſpania quinque Archiepiſcopi exiſterent, nimirum Taraconenſis, Bracarenſis, Emeritenſis, Hiſpalenſis, & Toletanus: Hi certè æquo iure paríque poteſtate ſubnixi erant, nullius (ſi Romanum Pontificem exceperis) maiori imperio deuincti. Vſquequo Gotthis in Hiſpania prçualentibus & ſummam rerum conſequutis, Toletum regia ſedes effecta eſt; tunc enim ſenſim mutatis rebus Toletanorum Epiſcoporum auctoritas ſuccreuit. Ipſa autem in Concilio Toletano ſeptimo, patrum communi placito primùm amplificari viſa eſt. Cùm videlicèt conſtitutum eſt, vt Epiſcopi vocati à Metropolitano Toletano, ſingulis per annum menſi-

Digitized by Google

bus, Toletum veniant, meſſis duntaxat & vindemiarum ferijs exceptis. At Patres Concilij duodecimi Toletani, anno 681. habiti, auctoritatem eiuſdem Antiſtitis longè altiùs & latiùs prouexerunt, dum ſcilicet Eringio rege ſuadente ſtatuerunt, Electiones Epiſcoporum quas Rex facere conſueuerat, Toletani Præſulis iudicio & aſſenſu, ratas fore. Quo ex tempore ipſi Toletani Epiſcopi primi in Synodis conſederunt, primi ſubſcripſerunt, primarij haberi paſſim ab alijs incœperunt. Verumtamen hiſce finibus, horum Præantiſtitum auctoritas ſeſe continuit; cætera Primatus iura, quæ Patriarchis ſacræ leges attribuunt, haudquaquam obtinuerunt: nulla dignitatis inſignia præcipua habuerunt, poteſtas præterea nulla maior illis acceſſit.

Et

Digitized by Google

Et verò cùm Toletanus Antiſtes eodem anno, quo Synodali prædicta ſanctione, aucta fuerat ipſius dignitas, cornua extuliſſet, ita Hiſpaniæ Prǽſules eius ambitum repreſſerunt, vt Primatum, quem extendere plus æquo nitebatur, cogerint ad angulum. Egerunt etenim cum Pontifice Romano, *vt nullus in Hiſpania Archiepiſcopus, ſubderetur alicui Primati, preterquam ſoli ſummo omnium Pontifici*: vt ex Tudenſi obſeruat Baron. in ſacris Annalib. ſub eodem anno.

Porrò Saraceni Toletum anno 716. ceperunt & exciderunt. Tunc igitur prorſus Toletani Præantiſtitis dignitas & majeſtas conticuit, & progrediente tempore, tanta rerum extitit perturbatio, vt ne Epiſcopi quidem ritè ordinati Toleti eſſent, miſérque ille Eccleſiæ Toletanæ ſtatus vſque ad annum

1080. perdurauit. Quo ab Alfonſo ſexto rege recuperata eſt, & priſtino ſplendori reſtituta. Huius enim regis reuerentiæ, regiæque vrbis honori delatum eſt, vt antiqua prærogatiua Eccleſiaſtica ſedi Toletanæ non modò redderetur, ſed & Primatus perpetuò decerneretur, àuctoritate Apoſtolica. Vrbanus etenim ſecundus, ſatagente Bernardo nouo eius vrbis Pontifice, Hiſpaniarum Primatum ſedis huius præſulibus adſcripſit, ſpeciali diplomate elicito, anno 1088. cum hac ſubiuncta clauſula, *ſalua ratione*, (id eſt, canonica diſpoſitione) *Eccleſiæ Romanæ auctoritate, & Metropolitanorum priuilegÿs ſingulorum.* Veruntamen minimè hoc conceſſum eſt abſque aliorum Epiſcoporum obtrectatione, qui vno Prælato ſublimato, cæteris iniuriam factam eſſe querebantur.

Digitized by Google

Et certè grauiſſima inde ſuborta ſunt diſſidia. Non eſt autem huius loci recenſere contentiones & litigia, quæ ſubindè inter ipſos Toletanos Antiſtites pro Primatu, & Taraconenſes, (qui poſtea Compoſtelani) & Bracarenſes Archipræſules, inſurrexerunt; ſuper quæ diuerſa fuerunt etiam Summorum Pontificum iudicia. Sanè Præſules Toletani Primatum ſuum nunquam ab antiquitate tutati ſunt, ſed à Pontificum Romanorum auctoritate & gratia, addito etiam ad colorem apponendum, Primatum Hiſpaniarum primitus penes Hiſpalenſem Eccleſiam conſtitiſſe; cùm conſtet S. Iſidorum Hiſpalenſem Archiantiſtitem, anno 633. Concilio quarto Toletano præſediſſe: ſed inde ipſam prærogatiuam ex rerum commutatione in Eccleſiam Toletanam, deriuatam, & ad hanc

Digitized by Google

tranſlatam fuiſſe. Quidquid ſit, dubium non eſt, poſt Vrbani II. edictum, Primatum eiuſmodi fuiſſe ſæpiùs confirmatum, potiſſimùm ab Alexandro III. cuius extat apud præfatum Mariana hac de re diploma, anno 1174. editum: Et à Martino V. qui non ſolùm ipſum Primatum ſtabiliuit, ſed & auxit. Etenim authenticis tabulis, Cal. April. an. Chriſti 1422. Pontificatus ſui 11. exaratis, diſertè declarauit, *Archiepiſcopum Toletanum omnibus & ſingulis prærogatiuis, priuilegijs & inſignijs quæ maioribus Patriarchis liquet competere, licitè & liberè vti poſſe & gaudere.*

At hoc non ſine ſtrepitu indultum eſt; ad vſum autem nunquam deductum fuit ſine graui colluctatione. Cùm enim Illefonſus Carillius 85. Toletanus Præantiſtes, qui ſedebat anno 1470. primus om-

Digitized by Google

nium aggreſſus fuiſſet, crucem ſublimem, extra propriam diœceſim proficiſcens, præ ſe ferre, idque in Burgenſi diœceſi exorſus eſſet; hoc iniquè ferens Alphonſus Carthagena Epiſcopus Burgenſis, acriter eiuſdem conatibus obſtitit, ratus id in ſui iniuriam & detrimentum vertere, cùm crux peralta ſit non dignitatis, ſed ſummæ poteſtatis Pontificiæ ſignaculum.

Poſtea tamen Petrus Gonçales Mendoſa & Franciſcus Ximenius, per ſeriem ipſius Illefonſi ſucceſſores, cùm Cardinalitia purpura præfulgerent, reclamantibus licèt Præſulibus, per totam Hiſpaniam vexillarem crucem ante ſe deferri fecerunt, arbitrati ſe his inſignijs Primatum ſuum egregiè propalare & ſtabilire. At qui his moliminibus obſiſterent non defuerunt. Nam contra hos & ſequentium Toletanorũ

Digitized by Google

De Paſtorali ſolicitud. ſeu de poteſt. Epiſc. tit. 3. c. 8.

Præſulum ambitum, Bracarenſes Antiſtites (quorum nouiſſimè Auguſtinus Barboſa Luſitanus, Vimaranenſis Eccleſiæ Theſaurarius maior, tractatu eximio iura tutatus eſt) Eccleſiæ ſuæ dignitatem magno animo propugnauerũt, Primatúmque ſuum, quem à temporibus Apoſtolorum ſeſe aſſerunt accepiſſe & ſeruaſſe, modis omnibus defenderunt, hactenúſque defendunt, & ſumma diligentia tuentur, titulúmque mordicus retinent Primatus totius Hiſpaniæ. Sed & diebus noſtris Alfonſus Furtado de Mendoſa Archiepiſcopus Bracarenſis doctiſſimus, coram Rege Philippo III. & regni proceribus, Vlyſſipone, Primatus ſedis ſuæ iura contra Toletanum Antiſtitem luculenta oratione propugnauit. Qui verò ante eum mediatè ſedi Bracharenſi præfuit Bartholomæus à Martyribus,

vir eminenti virtute & ſpectata fide inſignis, verbis non contentus ad factum proceſſit. Toletano etenim Præſuli vt vicem rependeret, vexillari cruce erecta per Toletanam ciuitatem liberè (quod mirum eſt) deambulauit. Succeſſor autem huius Alexius de Meneſſes Matritij cùm obijſſet, ibidem in Primatus explorati indicium, cum ſublimi ſua cruce, feretro præuia, ſepultus eſt.

Ex dictis autem colligere promptum eſt, non modò quæ fuerint Primatus Toletani initia, ſed inſuper qualia priuilegia Archipræſul ſedis huius obtinet, quomodóque his huc vſque vſus eſt. Sanè nullus vnquam fuit Primatus magis contentioſus, nec priuilegia acriùs impugnata. Siquidem etiamſi tot ſummorum Pontificum diplomatibus dignitas illius ſedis fuerit conſta-

Digitized by Google

bilita, poteſtas amplificata, atque ad Patriarchalis iuris & honoris conſortium prouecta; nihilominus his literis nihil aliud effectum eſt, niſi tantùm vt Archiepiſcopus Toletanus in Hiſpania Primas diceretur. Nec enim in hanc vſque diem vllam propterea conſecutus eſt Primatialem poteſtatem. *Enimuerò ne nunc quidem* (inquit præcitatus Mariana teſtis oculatus) *præter nomen eius poteſtatis vllam participationem exercet in alias prouincias Hiſpaniæ, neque componendis litibus, neque ſontibus plectendis, neque legibus promulgandis.* Quòd ſi crucem ſublimem prodeundo ſibi aliquando præportari curat, hoc nunquam fit liberè, ſed ſemper cum rumore & continua Bracharenſis Præantiſtitis æmulatione, qui mox cruce ſibi præerecta, in propria eius prouincia deambulans, vicem illi rependit.

pendit. Hoc igitur exemplum nihil penitus facit pro Lugdunenſi Archipræſule, cùm ex prædictis perſpicuum ſit ipſum Toletanum Archiantiſtitem prærogatiua peraltæ crucis circumgerendæ pacificè minimè frui, proindéque receptam conſuetudinem præferendæ Primatibus quibuſque vexillariæ crucis ex hoc minimè poſſe elici. Quamuis, etiamſi liberum vſum huiuſmodi prærogatiuæ obtinere aſtrueretur Toletanus Archiepiſcopus, nihil inde haberet Lugdunenſis Præſul, quo propoſitum ſuum approbaret; quandoquidem notum eſſet, hac facultate Præantiſtitem Toletanum potiri, non ex conſuetudine, quæ ius hoc illi tribueret, ſed ex ſpeciali priuilegio, quo prærogatiue & inſignia ſummorum Patriarcharum, à ſede Apoſtolica, expreſſo diplomate illi conceſſa ſunt.

Digitized by Google

Quæ iura ſi eodem titulo Lugdunenſis Archiantiſtes ſibi vendicare poſſet, hiſque hactenus vſus fuiſſet, nulla ſuper hoc inſurrexiſſet inter illũ & Pariſienſem Archipræſulem diſcordia. At diſcuſſo hoc exemplo, alia ſunt, quæ propoſuimus initiò huius capitis, per ſeriem æquè diſquirenda.

Cap. VII.

Archiepiſcopum Cantuarienſem, Angliæ dictum Primatem, facultatem vbique gerendæ Crucis vexillariæ per Angliam (dum ibi Chriſtiana religio vigeret) minimè habuiſſe ex iure Primatiæ, vel etiam ex conſuetudine vſu approbata.

Britannia ab Anglis & Saxonibus ſubiugata, tam miſerè ab eiſdem oppreſſa iacuit, vt non ſolùm ipſorum imperium, &

Digitized by Google

nomen ſuſcipere coacta fuerit, ſed & impiam reſumere eorum religionem. Sícque Chriſtiana fides quæ à Lucio Rege in Inſula quadringentos adminus annos inualuerat, exciſóque ope Sanctorum Germani Antiſſiodorenſis & Lupi Trecenſis Pelagianiſmo, magis effloruerat, hoc turbine deiecta, hac inuaſione exploſa eſt. At poſt aliquot annorum curricula, diuina miſericordia Anglos ipſos aſpicere cœpit, & S. Gregorio re & cognomento Magno, vniuerſalis Eccleſiæ ſubinde Pontifici, pias cogitationes immiſit, vt quamuis tam longè poſitos, animo nihilòminus, etſi nondum Pontifex, complecteretur; ſerióque diſpiceret, quomodo eos ad ſuaue iugum Chriſti perduceret. Quod munus cùm vt cogitarat per ſe obire non potuiſſet; per alios procurare decreuit, quod ipſi non licuiſſet

Ioan. Diacon. in vita S. Greg.

Digitized by Google

efficere. Quapropter factus Pōtifex Auguſtinum quemdam delegit, ſui Cœnobij monachū, virum ſanctitate morum præcipuum, ſcientia & eruditione inſignē, cuius opera vteretur in hoc tanto negotio conficiendo. Hic igitur Francorum regibus à Sancto Pontifice commendatus, & à Galliæ Præſulibus Epiſcopus ordinatus, in Angliam appulit, anno Chriſti 597. cum quadraginta comitibus, atque ad Tanetum inſulam (inquit Beda) applicuit, ſitam ad Orientem Cantij non procul à Dorouernia, quam hodie Cantuariam appellitant: vbi & ſignis & miraculis coruſcans, Regem ipſum Edilbertum ad fidem conuertit. Porro Rege iſto Chriſtianis ſacris initiato, populus ſe ad Principis exemplum, vt fit, componens, vndique Chriſto nomen dare cœpit: quamuis non tantum

Lib 5. Epiſt. 52. vſque ad 59.

Lib. 5. hiſtor. Anglic. ca. 25. & 26.

Digitized by Google

habuit regis huius exemplum, atque Auguſtini ipſius & ſociorum noua Anglis & admirabilis viuendi ratio. Cùm igitur ſemen Euangelicum tam fœlici manu diffuſum hac in regione multam ſegetem propagaret: Regis monitu Auguſtinus ſtatuendæ opportuniùs Eccleſiaſticæ hierarchiæ gratia, Dorouerniam, prouinciæ totius centrum & vmbilicum, vt ita dicam, conceſſit, vbi ſede Pontificia conſtituta, Eccleſiam inſtaurauit, quam Metropolitanam S. Gregorius eſſe voluit. Hanc igitur cùm præfatus Auguſtinus optimè ordinaſſet, egregijs diſciplinis imbuiſſet, conſtitutis hinc inde Epiſcopis; duobúſque Concilijs Apoſtolica, qua fungebatur, auctoritate, habitis, pro reductione eorũ Epiſcoporũ (qui etiã ſub ipſa Anglorũ inuaſione etſi pauci ex antiquo Britannicæ Eccleſiæ

ſtatu perſtiterant) à ſchiſmate de Paſchatis celebratione: tandem propagatò, per annos circiter duodecim, præſulatu ſaluberrimo, talentóque admodum multiplicato, ad Domini gloriam fidelis ſeruus properauit, anno ſalutis, vt ex Beda conſtat, 609.

Beda vbi ſuprà. Sigeb. in Chron. & Martyrol. Rom. 7. Cal. Iunij.

Porrò ex hoc fonte Primatus Cantuarienſis dignitas emanauit. Nam quòd in Cantiam prouinciam Beatus ipſe Auguſtinus Chriſtianam religionem inuexiſſet, & ſedem ſuam apud Dorouernam, quam Cantuariam Angli poſtea appellarunt, conſtituiſſet: ex hácque Cathedra Epiſcopos adiacentibus ciuitatibus ordinatos (nempe Londinenſibus Mellitium, Roffenſibus Iuſtum) delegiſſet & præfeciſſet: Hinc ſedes ipſa Cantuarienſis primaria totius Prouinciæ eſt habita: Cúmque Paulinus primus, poſt

Digitized by Google

religionis in Northumbria deliquium, à Iuſto 4. Cantuarienſi Archipræſule, fuiſſet Eboracenſis Præantiſtes conſecratus, inde Cantuarienſes Archiepiſcopi ius Primatus ſuper Eboracenſem prouinciam ſibi competere aſtruxerunt. Ex qua ſanè prætenſione, plurima per ſuccedentia ſæcula, diſſidia ſunt exorta, Archiepiſcopo Cantuarienſi ſeſe totius Angliæ Primatem iactitante, & Primatus iura ad ſe trahere contendente: Eboracenſi verò toto niſu renuente & nullo modo huic ſuſtinente ſubeſſe, ſed ſeipſum Primatem Archiepiſcopi Cantuarienſis (ob antiquiorem ſedis ſuæ inſtitutionem) altè prædicante.

Vide S. Bernard. Ep. 238. ad Eugen PP.

At verò, quod ad ius ipſum attinet, certum eſt S. Gregorium conſtituiſſe, vt duæ tantùm in Anglia exiſterent Metropoles, nempe Cantuarienſis & Eboracenſis, qua-

Vide appendicē II. ad Concil. 3. Lateran. ſub Alexād. 3. tom. 3. Concil. part. 2.

Digitized by Google

rum altera alteri nullatenus ſubeſſet : ſed ordinationis vtriuſque Archiantiſtitis ſic rationem haberi voluit, vt qui antiquior dignoſceretur, alterum conſecraret, minimè exacta ſubiectionis ſponſione. Quæquidem lex, ſi religioſè, vt decuerat, ſeruata fuiſſet, non tot lites & iurgia inſurrexiſſent, quæ poſtea inter Cantuarienſes & Eboracenſes emerſerunt, amborum, vt mihi videtur, æmulatione & inuidentia.

Et verò quia de Cantuarienſibus hoc loco ſermo eſt, breui diſquiſitione facile eſt inſinuare quibus conatibus ad ſe trahere ſategerint totius Angliæ Primatum. Sanè Theodorus natione Græcus, ordine ſeptimus Cantuarienſis Archiepiſcopus, primus reipſa viſus eſt, qui Eboracenſes Archiantiſtites nihil ſibi obnoxios ſuo voluerit imperio ſubiugare. (Cùm tamen Honorius

norius eius deceſſor à Paulino Eboracenſi Metropolita conſecrationem Pontificalem lubens ſuſcepiſſet.) Hic etenim Primatus ſingularis percupidus, talem ſibi iuriſdictionem ſuper Vualfridũ Sanctiſſimum Eboraci Præantiſtitem voluit adſcribere, vt diœceſim eius (quam ſua eſſe longè ampliorem ægrè ferebat) auſus fuerit imminuere & in ea nouos Epiſcopos ipſi ſubrogare. Sed primo hoc molimine deriſus eſt: nam Papa ad quem Vualfridus ſupplex acceſſerat, impetum illius cohibuit, in ordinemq; eum coëgit; ſynodali facta prohibitione, ne quid Cantuarienſis Archiepiſcopus in diœceſi & prouincia Eboracenſi moliretur. Hæc autem ita contigerunt circa an. 680. At ſub an. 731. Tatuuinus 9. Archiantiſtes Cantuarienſis palam de Primatu Angliæ contra Egbertum Eboracen-

ſem Archipręſulem contendere cœpit. Cuius cùm vanus etiam fuiſſet conatus; ambitus Cantuarienſium Archiepiſcoporũ diu ſubinde conquieuit: Archiepiſcopis Eboracenſibus interea magna auctoritate in Anglia pollentibus, ita vt reges non ſemel in ipſa prouincia Cantuarienſi ſolemni ritu inunxerint, regali impoſito diademate. Aliquãdo tamen niſi ſunt Cantuarienſes ordinationem Eboracenſium ſibi ſic propriã aſtruere, vt etiam voluerint ſummum ab hoc iure Pontificem excludere: nam Radulphus Cantuarienſis in hanc vſque inſaniam deuolutus eſt, vt Legatos mitteret ad Calixtum PP. Rhemis Concilium agentem, proteſtatus per eos de nullitate, ſi iure ipſo Apoſtolatus, Thurſtanum Eboracẽſem Electum ipſe Papa conſecrare attentaret. At hominis væſaniam Pontifex

Digitized by Google

deriſit, ordinatóque Thurſtano in prouinciam cum cruce & pallio dimiſit. Nec ſic tamen Cantuarienſes quieuerunt: Nam cùm regio fauore aliquando fruerentur, tunc impellebant Eboracenſes ad ſponſionem ſibi obedientiæ faciendam. At conſtanter Eboracenſes refragabantur: nec vnquam paſſi ſunt ſedem ſuam hoc nouo ſeruitutis vinculo, Eccleſiæ Cantuarienſis obſequio mancipari. Et res quidem eo ſtatu permanſerunt vſque ad an. 1138. Quo Theobaldus 37. Cantuarienſis Electus Archiantiſtes ad Innocentium II. ſe conferens, ab eo conſecrationem adeptus & pallio ornatus, vt Legatus natus ſedis Apoſtolicæ in Anglia eſſet, impetrauit, honorifico ſcilicet titulo, qui ab omnibus ſucceſſoribus retentus eſt. Hanc autem dignitatem hac arte Theobaldus ſibi, ſeu po-

Digitized by Google

tiùs ſedi ſuæ, conciliandam ſtuduit, non tantùm vt in ſua prouincia maiori auctoritate eniteret, ſed vt vel hoc titulo ſuffultus, Eboracenſi præemineret, & quoquomodo eumdem ſub iugum pertraheret. Verùm nec res pro voto ſucceſſit. Quia Romani Pontifices qui poſt Innocentium II. Petri cathedram tenuerunt, priuilegium quod Theobaldo ille conceſſerat, non aliter ratum habuerunt, quàm eo pacto, vt Cantuarienſis Antiſtes quilibet, Legationis eiuſmodi titulum & munus ſpeciali diplomate à ſede Apoſtolica ſibi impertiri (vt ipſum pallium quod perſonale eſt) ſuppliciter conſequeretur. Vnde factum eſſe reor, vt non omnes Archiepiſcopi qui Cantuarienſi Eccleſiæ poſt Theobaldum antedictum præfuerunt, hac prærogatiua præfulſerint; ſed illi tantùm qui hanc promeriti

Digitized by Google

memorantur à ſede Sanctiſſima: Cuius etiam mos fuit, cùm immoderatiùs hi Præſules ſe gererent, hanc facultatem reuocare, & alteri attribuere, vel etiam Legatos à latere in Angliam deſtinare, qui exceſſus Cantuarienſium corrigerent, illóſque cogerent in ordinem. Quin nec Legationem iſtam (quam tamen ferè omnes Cantuarienſes Præſules poſt Theobaldum iſtum obtinuiſſe per ſeriem, non inficior) extra prouinciæ Cantuarienſis limites, extendi, ſummi Pontifices haud quaquam conceſſerunt: ſed his terminis eam voluerunt circumſcribi: vnde Alexander III. *cap. cùm non ignoretis. de officio Legati*, diſertè docet, duplici iure ſuffraganeos Cantuarienſis Eccleſiæ, ipſius Archiepiſcopo ſubeſſe; quia ſcilicet illis præſit, non tantùm Metropolitana auctoritate, ſed etiam ti-

tulo Legationis Apoſtolicæ. Igitur quia ferè hoc munus huius ſedis Præſulibus ordinarium eſſet, & prouincia Cantuarienſis Eboracenſis diſpendio admodum ampliata, maiorem Angliæ partem obtineret (vt quæ de 28. Epiſcopatibus, quibus Hierarchia Anglicana conſtare debet, 22. complecteretur) Cantuarienſes Antiſtites vulgò Angliæ Primates & Legati nati nuncupati ſunt, quamuis in Anglia alius eſſet Metropolita, qui & gloriam Primatus per totam Angliam patentis affectaret, & propria in prouincia Primas reipſa haberetur: Imò Legationis Apoſtolicæ honore & munere fungeretur in vniuerſo Archiepiſcopatu ſuo, ſicut Cantuarienſis in proprio. Inde eſt quòd præmemoratus Alexander Pontifex ſpecialem Legationem S. Thomæ Cantuarienſi Archiantiſtiti per An-

gliam totam impertiĕs, exceptiuam hanc clauſulam litteris ſuis appoſuit. *Nos tibi Legationem totius Angliæ, excepto Epiſcopatu Eboracenſi, benigno fauore concedimus.* Hæc verò præmiſiſſe neceſſarium fuit, vt quo iure & quomodo Cantuarienſis Archiepiſcopus crucem ſublimem in Anglia geſſerit, aut geſtare potuerit, cuique faciliùs valeat innoteſcere. Primò etenim certum eſt Cantuarienſes Archiepiſcopos crucem peraltam iam olim præ ſe tuliſſe: hoc enim liquet, vel ex facto ipſius S. Thomæ Cantuarienſis, qui crucis geſtatorem habuiſſe memoratur *in Quadripart. hiſtor.* Imò cùm acceſſitus fuiſſet ad dicendum cauſam in regium conſiſtorium, crucem ſuam vexillarem propria manu baiulaſſe, ſequentibus Epiſcopis, vſque in Cameram regis, recolitur: Nec enim illam Herfordienſi Epi-

ſcopo qui baiulatoris munus implere volebat ante illum, vt Metropolitam ſuum, aſſenſus eſt contradere; hoc ſiquidem illi reſpondiſſe fertur. *Iuſtius eſt me ipſam deferre, ſub cuius protectione tutus maneo: & eius viſo vexillo non eſt dubitandum ſub quo Principe milito.* Baro. ſub an. 1164. Secundò, Non minus exploratũ eſt Archiepiſcopos Cantuarienſes, hac prærogatiua in ſola Cantuarienſi Prouincia ex vigore ſui priuilegij inclaruiſſe: Nam tantum abeſt vt cum his inſignijs per Prouinciam Eboracenſem ſolerent procedere, cùm vix potuerint Eboracenſem Archiantiſtitem cohibere, ne erecta cruce conſpicuus, per ipſam totam Cantuarienſem Prouinciam diſcurreret, vt mox etiam demonſtrabimus. Tertiò; Conſtat hoc tandem conſecutos eſſe Cantuarienſes, vt per totam Angliam

Angliam proficiſcendo crucem peraltam ſibi facerent anteferri: ſed hoc non ex iure ſuo, at ex vi pacti & concordia inita cum Eboracenſi Præantiſtite, nimirum appoſita hac conditione; vt vtrimque idem factitari poſſet; ſic vt vterque Præſul in collegæ ſui prouincia, id eſt vbi-libet in Anglia, vexillarem crucem (propriæ dignitatis ſignaculum) circumgerere poſſet, ſine alterius iniuria, aut inuidia. Hactenus de Cantuarienſi Archiepiſcopatu, Primatu, Legatario munere, præuia cruce, eiúſque præferendæ iure & more. Iam ſupereſt ſimilia circa Eboracenſem inueſtigare & dilucidare.

Probatur infrà vbi de Eboracenſi Archipræſule.

Digitized by Google

Cap. VIII.

Nec ſic Eboracenſem Præantiſtitem, aſſertum Angliæ Primatem, decus eiuſmodi vnquam conſecutū fuiſſe. Vnde corruit præcipuum D. Primatis Lugdunenſis propugnaculum.

Ado in Chronico ætate 6. Mariā. Scotus in ſex ætates an. Domi. 177.

NON dubium eſt Eboracenſem ſedem origine Cantuarienſi præcellere: cùm ſtudio Lucij regis, qui primus ſub ann. 177. Chriſti, impetratis à S. Eleuthero ſummo Pontifice & Martyre Verbi vitæ diſſeminatoribus, Euangelicam veritatem in Britanniam inuexit, fuerit inſtaurata, Sampſone Præfecto Protopræſule: cuius tres annumerantur recta ſerie ſucceſſores, nempe Taurinus, Pyrannus, Tadiacus; vltimus

Digitized by Google

qui traditur, continuato ordine, huic Eccleſiæ præfuiſſe. Nam poſt eius obitum, diutinum fuit interpontificium, ob graſſantes in Britannia grauiſſimas plurimáſque perſecutiones, & Barbarorum frequentes incurſiones, quæ fidei lumen ferè in inſula extinxerunt, & deletis templis Epiſcoporum etiam ſucceſſionem interturbarunt, donec diuina aſpirante miſericordia, Auguſtinus cum ſocijs in Cantiam prouinciam à S. Gregorio tranſmiſſus, hanc totam cum Rege ipſo regionem ad Chriſti cultum perduxit. In Northumbria verò Paulinus quidam vir ſanctiſſimus inſurrexit, qui Eduuinum Northumbriæ regem mirabiliter cum tota gente ad fidem conuertit, & ſedem Archiepiſcopalē Eboraci reſtituit. Hunc fuiſſe ferunt vnum ex illis domus Dei architectis, quos S. Gregorius in

Digitized by Google

Angliam ad propagandum ſalutis humanæ myſterium delegauit; quo munere cùm piè & fœliciter functus fuiſſet, laborum glorioſam à Chriſto mercedem ſuſcepturus, in ſuperna tabernacula aduolauit 10. Octobris, anno ſalutis 644. Ex quibus perſpicuum eſt illum Paulinum, quem Antiſtitum Eboracenſium, nonnulli faciunt anteſignanum, fuiſſe quidem ſedis & ædis huius reſtauratorem, at non auctorem. Cùm iam circa annum Chriſti 177. agente per nuntios Euangelicos ſacróſque adminiſtros Eleuthero Papa & Martyre cum Lucio rege; & fides Chriſtiana, & ſedes Eboracenſis, in Britannia, ſalutaria initia ſuſcepiſſent, atque iam fœliciter promouiſſent primi illi Euangeliſtæ, quorum meminimus, Britannicæ Eccleſiæ crepundia. Hinc eſt quòd non modo antiquitate, ſed

Digitized by Google

etiam dignitate Eboracenſem ſedem Cantuarienſi prçeminere Eboracenſes ſemper contenderint Antiſtites. Et quidem Eboracum antiquiſſimum inter Brigantes oppidum Romaníſque celebre, vbi Conſtantius pater Conſtantini Magni diem obijt, Britannorum tempore, vrbis & aliarum rerum ſplendore & Epiſcopatus magnitudine ſemper emicuit. Nam Eboracenſi Præſuli ab initio ſuberant omnes Scotiæ Epiſcopi ac Angliæ, etiam illi qui Septentrionalem eius partem incolerent. Hácque ad huc amplitudine Prouincia iſta Eccleſiaſtica præſtabat, cùm, vt ſuprà diximus, Theodorus Cantuarienſis VII. Archiepiſcopus collegæ ſui gloriæ æmulus, falcem mittens in meſſem alienam, hanc imminuere tentauit, ipſa Eboracenſi diœceſi in plures diœceſes diſſecta, & parte

etiam eius Prouinciæ ad ſuam traducta; ſi id per ſummum Pontificem licuiſſet, & S. Vualfridus Eboracenſis Antiſtes id paſſus fuiſſet. At non opus eſt refricare, ea quæ inde orta ſunt inter Eboracenſes & Cantuarienſes iurgia & litigia, dum etiam de Primatu grauiſſimè & diutiſſimè decertarint, dubio marte ſcilicet, aliquando Cantuarienſi præualente, aliquando etiam Eboracenſi, pro ſummorum Pontificum (quam conſequi poterant vtrimque) gratia, & regum beneuolentia & fauore. Tamen hoc certum eſt, neutrum id quod expetebat conſequi potuiſſe; ſed agendo & patiendo intra proprios limites ſuæ Metropoleos non ſpontè, ſed inuitè conſtitiſſe: Primatu neutri adiudicato. Legi ego fragmentum antiquitatum Britannicarum quod ſic habet. *Ante Normanorum in*

Digitized by Google

Britanniam aduentum hi duo Metropolitæ non ſolùm poteſtate, dignitate & officio, idque ex Conſtitutione Gregorij I. Papæ, ſed etiã ſuffraganeorũ numero pares cenſebantur. Nunc autem, (ideſt circiter, an. 1070.) Cantuarienſes nouo & credulo regi Gulielmo perſuaſerunt Eboracenſem Eccleſiam Cantuarienſi debere ſubijci: & vtile eſſe ad regni firmitatem, vt Britannia vni quaſi Primati ſubderetur. Alioquin poſſe contingere, vt de exteris gentibus quæ Eboracum nauigio venientes, regnum infeſtare ſolebant, vnus aliquis ab Eboracenſi Archiepiſcopo & ab illius Prouinciæ indigenis, rex crearetur, & ſic regnum turbatum ſcinderetur. At Romani Pontifices his conatibus nunquam præſtiterunt aſſenſum, ſed vt æquitas exigebat, vnicuique horum Metropolitanorum propriam dignitatem & poteſtatem conſeruarunt;

Digitized by Google

imò potius eoſdem pares eſſe voluerunt, vt vel ex conſtitutione Alexandri III. Papæ conſtat quæ incipit: *In hunc modum plures Romani Pontifices, &c.* & refertur Tom. 3. Conciliorum part. 2. At nihilominus ſub hoc Pontifice grauis contentio de cruce vexillari præferenda, vbique in Anglia inter Eboracenſem & Cantuarienſem Antiſtites exorta eſt, quæ tantùm ab illo ipſo Pontifice vtcumque pacificata fuit, ſed non abſolutè terminata; vt videre eſt ex eiuſdem Pontificis ad Eboracenſem Archipræſulem reſcripto, quod etiam inter eius Epiſtolia decretalia recenſetur: hac ſub verborum formula. *A memoria noſtra non recedit, qualiter in primo anno veſtræ promotionis ſcriptum literarum felicis memoriæ prædeceſſoris noſtri Honorij Papæ, nobis feceritis præſentari, in quo continebatur*

Extat in append. 11. ad Concil. 3. Lateran. Tom. 3. Concil. Part. 2.

batur anteceſſoribus veſtris Apoſtolica benignitate fuiſſe indultum, vt tam eis quàm ſucceſſoribus ſuis liberum eſſet, per totam Angliam ante ſe crucem deferre. Nos verò anteceſſoris noſtri veſtigijs inhærentes, & ſcripti noſtri munimine confirmauimus, quod anteceſſoribus veſtris clementer fuit indultum. Poſtmodum autem ſanctæ memoriæ, & venerandæ Thomas quondam Archiepiſcopus Cantuarienſis exiſtimans, hoc in depreſſionem iuris & ſuæ dignitatis redundare, exinde cœpit quæſtionem mouere, & propter hoc ad ſedem Apoſtolicam appellare, affirmans, (ſi bene meminimus) quòd tibi, vel deceſſoribus tuis id nullatenus licuit. Sicque factum eſt quòd nos tibi per ſcripta noſtra prohibuimus, ne in Prouincia Cant. Eccleſiæ, donec de cauſa cognoſceretur, ante te crucem aliqua ratione deferres. Quoniam ergo per

dilectos filios noſtros I. & A. clericos tuos grauem coram nobis depoſuiſti querimoniam, aſſerens quòd te à poſſeßione huius rei, quam tu & anteceſſores tui habueratis, abſque cognitione iudicij ſpoliaſſemus; Nos igitur tibi tanquam venerabili fratri noſtro deferre volentes, & iura tua integra & illibata ſeruare, præſentibus literis ſtatuimus, quòd litteræ prohibitionis noſtræ nullum tibi præiudicium faciant, quominus tibi & ſucceßoribus tuis liberum ſit, quemadmodum vobis eſt beneficio priuilegiorum ſedis Apoſtolicæ indultum, túque & prædeceſſores tui id facere conſueuiſtis, ante vos per totam Angliam deferre crucem, quouſque diffinitiua ſententia determinetur, an id Eccleſia tua de iure habere debeat.

Ex hoc autem Apoſtolico reſcripto Dominus Archiepiſcopus Lugdun. deſumit totius contro-

uerſiæ, quam nuper concitauit, fundamentum, in eóque cauſæ ſuæ præcipuum collocat præſidium: Sic enim inde arguit. *Eboracenſis Archiepiſcopus, vt Angliæ Primas, crucem ſublimem per totam Angliã etiam in Prouincia Cantuarienſi ſibi præportari facere iure poteſt: Ergo à ſimili, Lugdunenſis Pontifex, vt Galliæ Primas, per totam Galliam, & conſequenter in vrbe & Prouincia Pariſienſi, illam poteſt præ ſe ferre.* Verùm (ſalua debita reuerentia) nec antecedens verum eſt, nec facit ad propoſitum. Conſequentia autem ducta ab eiuſmodi ſimilitudine, ſuprà cap. quarto, ex ipſo iure canonico eſt expugnata. Antecedens certè, vt diximus, non eſt verum. Etenim vt æquiparationi det locum, ſupponit Eboracenſem Archiantiſtitem, vt primatem Angliæ, iure vexillarem crucem vbi-

Digitized by Google

que in Anglia, poſſe obeundo ante ſe deferri facere. At ex diplomatis Apoſtolici ſuperiùs deſcripti ſerie, palam eſt, illum Præſulem ex priuilegio duntaxat ſpeciali ab Honorio Papa indulto id iuris habuiſſe: tantum abeſt vt id aſſequutus ſit Primatus conſideratione, cùm nec ibi Primas vllatenus appelletur. Et verò Archiepiſcopus Eboracenſis nunquam fuit Primas Angliæ: ſed tatummodo in ſua Prouincia Primas creditus eſt: cùm autem nec poſſet in proprio Archiepiſcopatu Primatum ſuum tueri, obſtante Cantuarienſi Antiſtite, (qui maiori auctoritate fretus & poteſtate, vniuerſæ Angliæ Primatem ſeſe aſtruebat, & de facto Eboracenſem ſibi ſubijcere perpetuò contendebat) ne ſub iugum eius aliquando Eboracenſis mancipatus deueniret, hoc ſolum remedium ipſe inueſti-

Digitized by Google

gauit, quòd ſcilicet Legatione ſedis Apoſtólicæ in propria Prouincia, vt Cantuarienſis in ſua ſtuduerit decorari: Et vt à Cantuarienſi nihil ſe pendere innueret, etiam vt crucem ſublimem, ſicut ille, poſſet vbique per Angliam ante ſe deferri facere, prudenti ſanè conſilio, à ſede Apoſtolica, Honorio Pontifice concedente, impetrauit. At quid hæc ſubſidij conferant Domino Lugdunenſi non video: præter id, quòd in vno conueniat ipſe cum Eboracenſi, nimirum quòd ſic prorſus ſit Galliæ Primas, ſicut ille Angliæ: id eſt, portionis dumtaxat aliquantulæ. Nam cæteroqui alia omnia repugnant. Primò etenim Eboracenſis Antiſtes ſatis apertè teſtatus eſt, ſe hanc prærogatiuam non habere ex iure Primatiæ, quando eam ſpeciali priuilegio ab Honorio Papa ſupplex impetrauit.

Secundò; hoc ipſum priuilegium doloſè ſurripuit, vt manifeſtum eſt ex eo quòd Cantuarienſes Archiepiſcopi de illata ſibi iniuria altè conqueſti ſunt, maximè S. Thomas glorioſus Primas & Martyr: qui cùm audiſſet priuilegium eiuſmodi ſubreptitium, fuiſſe etiam, indictâ cauſâ, ab Alexandro III. tunc ſedente Pontifice confirmatum, cauſatus id in depreſſionem iuris & dignitatis ſuæ redundare, grauem intulit ſuper hoc Eboracenſi quæſtionem; déque Pontificis munificentia ad iuſtitiam eiuſdem prouocans, conſtantérque apud ſedem Apoſtolicam ſedis ſuæ iura propugnans, ipſum priuilegium impugnauit, & minimè fuiſſe concedendum ex rei æquitate propalauit. Porrò hæc ipſa expoſtulatio tantum habuit apud Pontificem ponderis, vt è veſtigio Pontifex
Digitized by Google

ipſe contrario reſcripto prohibuerit Eboracenſi Archiepiſcopo, ne in prouincia Cantuarienſi, donec de cauſa cognoſceretur, ante ſe crucem aliqua ratione deferret. Et quidem S. Thoma agente adhuc in humanis, nihil auſus eſt Eboracenſis Archiepiſcopus Rogerius, quamuis audaciſſimus & perpetuus ſancti ipſius Archipræſulis æmulus, contra hanc interdictionem attentare. Verùm illo ad ſupernas ſedes glorioſo exitu euocato, antedictus Rogerius, qui ſuperſtes erat, conatum ſuum opportunè renouauit, graui querimonia apud ipſum Alexanrum Papam intentata, quòd iure ſuo, quo ab Honorij conceſſione Eboracenſes Archipræſules pacificè vſi fuerant, (id verò comminiſcebatur) abſque cognitione iudicij ſpoliatus fuiſſet. Pontifex igitur, vt ab hominis improbitate ſeſe exi-

meret, prohibitionem eiuſmodi, quam S. Thomas obtinuerat, reuocauit, & ſic priuilegium vigorem retinere indulſit, donec, plenaria diſquiſitione præhabita, ſententia definitiua à ſede Apoſtolica emanaret. At tertiò notandum eſt, nouiſſimum hoc reſcriptum viribus, ſicut & ipſum priuilegium vſu caruiſſe: Nec enim ex eius vigore hanc prærogatiuam ſibi actualiter vendicare Eboracenſes Antiſtites aliquando potuerunt: imò cùm Rogerius ipſe ea vti præſente Richardo Cantuarienſi, S. Thomæ ſucceſſore, præſumpſiſſet, ludibrioſè exceptus eſt. Cùm enim Hugocio Alexandri Legatus à latere Concilium Vueſtmonaſterij coëgiſſet, ſedente ipſo Legato in ſolio ſub vmbella, conſidentéque à dextris eius Cantuarienſi Præantiſtite, Rogerius præfatus, regiæ confiſus gratiæ,
qua

Digitized by Google

qua præualebat, faſtuoſè Synodum ingreſſus cum erecta cruce ſibi præuia, vt inſignia eiuſmodi deponeret, à Legato humaniter admonitus eſt; at ille turgidus, eiuſmodi monita non ſolùm ſpreuit, ſed & ſiniſtram, quam ei Cantuarienſis reliquerat, dedignatus cathedram, ſe medium niſus eſt intrudere, inter Legatũ & Cantuarienſem; quo non cedente, ipſe Rogerius in eiuſdem Cantuarienſis Archipræſulis gremio ſeſſum iuit. Tam inuſitato ſpectaculo Epiſcopi præſentes conſternati, hanc tantam temeritatem reprehenderunt acriter, ſed fruſtrà. Quapropter famuli ac miniſtri Cantuarienſis, contumelia domino ſuo illata commoti, Eboracenſem à gremio Cantuarienſis vi detrahunt, humi deiectum pedibus conculcant, pugnis contundunt, & Archiepiſcopales veſtes in fruſta dilacerant.

Digitized by Google

Hæc videns Legatus & ſibi malè metuens (ſiquidem cœptæ ſeditionis finem quis ſe confidat proſpicere?) diſceſſit properè, eúmque è veſtigio ſequitur Cantuarienſis cum famulis ſuis, relicto Eboracenſi humi proſtrato. Qui anhelus tandem & ſemianimis exurgens, properat ad Regem, ſic vt erat puluerulentus, pannis obſitus, ſanguine conſperſus, ac attonito vehementérque miranti quid rei eſſet, querimoniam contra Cantuarienſem inſtituit grauem: ſed intellecta veritate, iracundia Regis iam pullulans, in riſum & cachinnos ſoluta eſt.

Hic igitur cùm nihil obtineret, Papam Eboracenſis aggreditur, ad cuius tribunal lite de Primatu, de cruce, de iniuria, intẽtata, nihil prorſus ab ipſo perfectum eſt. Hæc Commentarius de Præſulibus An-

Digitized by Google

gliæ, quem, quod ſpectat ad rei geſtæ narrationem, ex regni monumentis deſcriptam, nemo eſt qui debeat reſpuere. At quia ſic habitum quis dixerit Rogerium Eboracenſem, non tam ob erectæ ante ſe crucis in Cantuarienſi Prouincia delationem, quàm quòd eminentioris Pontificatus inſignia, coram Legato à Latere, Synodum celebrante, gerere præſumpſerit, nec monitis eius voluerit (vt illa ſigna deponeret) acquieſcere, ſed inſuper quòd Cantuarienſem de ſede ſua deturbare pertentarit: magis autem quia (cùm id non potuiſſet) in eius gremio inſidere auſus fuerit: Lubens aliud proferam exemplum, quo præ ſe ferendæ crucis in prouincia Cantuarienſi facultate, Archipræſules Eboracenſes nuſquam pacificè vſos fuiſſe (vt ex priuilegio Apoſtolico ſibi licere conten-

debant) certum penitus & exploratum fiat. In Chronico etenim Oncienſi comperimus: Quòd cùm Gulielmus 37. Eboracenſis Antiſtes, Romæ à Nicolao III. conſecratus, reuerſus applicaſſet in Angliam, non rectà ad ſedem propriam, vt debuerat, & Apoſtolicus ei præceperat, contenderit, ſed vt Cantuarienſi iniuriam irrogaret, per prouinciam Cantuarienſem erecta cruce pompaticè proceſſerit. At non impunè ab ipſo hæc fuere intentata. Quidam enim de familia Cantuarienſis, zelo tuendæ ſui Domini dignitatis perciti, crucem ipſam de manibus baiuli violentis auſibus abſtulerunt, ipſámque minutatim in fruſta confregerunt, graui etiam illata Eboracenſi contumelia.

En quàm pacificè Eboracenſes hac poſſeſſione potiti ſunt, cùm ducentis ferè annis poſt priuilegiũ

Digitized by Google

quo nitebantur aſſequutum, ſeu potiùs ſurreptum, tam tragicè habiti ſint, dum lite minimè à ſummo Pontifice dijudicata & plenè terminata, auſi ſunt, id iuris & honoris ſibi in Prouincia Cantuarienſi arrogare. At quòd pluribus hîc immorer minimè opus eſt: cùm enim diù experti eſſent ipſi Eboracenſes Antiſtites, ſe aërem hoc aggrediendo verberare, aliam inueſtigarunt viam, qua voti quoquomodo fierent compotes. Cùm enim ann. ſalutis 1350. vetus hæc controuerſia de cruce in Prouincia Cantuarienſi geſtanda, ab Eboracenſi cœpiſſet renouari, Gulielmus tùm Eboraci præantiſtes, ad hoc pellexit Simonem Cantuarienſem Archipræſulem, vt tota lite quæ ſuper hoc vertebatur inter ipſos, Regis arbitrio compromiſſa, Rex ipſe non modò dijudicaret à qua parte

Digitized by Google

ius ipſum conſiſteret, ſed & negotium poſſet pro arbitrio componere: ſic vt nullum ſubinde diſſidium ea de re inter ipſos poſſet impoſterum inſurgere. Rex igitur viſis vtriuſque partis codicillis, rem ſic attemperauit, vt pronuntiaret, crucem ſublimem in alterius prouincia cuique eorum eſſe præferendam. Hoc tamen pacto vt Eboracenſis & omnes eius ſucceſſores in indulgentiæ & ſubiectionis ſignum, ſecundo menſe poſtquam Cantuarienſem Prouinciam ingreſſi fuerint, pro pacifica crucis delatione, nuntium aliquem ſolemnem, Vicarium putâ generalem, vel aliquem legum doctorem, aut militem, ad Eccleſiam Cantuarienſem mitteret cum imagine aurea S. Thomæ (qui primus his auſibus reſtiterat) offerenda, quæ quadraginta libras Anglicanas valeret, & in effi-

Digitized by Google

giem Archiepiſcopi crucem baiulantis eſſet efformata. Hunc igitur exitum habuit diutina hæc controuerſia: quæ, quàm ſit abſimilis ab illa quam nuper Dominus Lugdunenſis inter ſe, & Archiepiſcopum Pariſienſem commouit, nemo eſt qui non videat ex ipſo initio, medio & fine. Nam Eboracenſis Archipræſul non vt Primas hanc prærogatiuam affectauit, ſed vt ſedis Apoſtolicæ Legatus natus (vt conſtat ex iudicio Rotæ Romanæ, in deciſione 313. in antiq.) Deinde hanc non habuit à conſuetudine, nec à iure propriæ ſedis, ſed à ſpeciali priuilegio. Inſuper ex vigore ipſius priuilegij poſſeſſionem huius non obtinuit, ſed ex vi pacti initi cum Cantuarienſi Archiepiſcopo. Præterea nec niſi præuio multiplici frequentíque ſcandalo, motibus diuerſis ac tumultibus, diutina &

Digitized by Google

magna conflictatione, & importunitate, ad hanc concordiam peruenire potuit. Denique hanc prærogatiuam non niſi graui conditione adeptus eſt, nempe cum ſubiectionis ſponſione, & aureæ imaginis magni ponderis oblatione, in recognitionem permiſſionis & indulgentiæ (ſibi conceſſæ à Cantuarienſi, regia interueniente auctoritate) à ſe ſuiſque in poſterum ſucceſſoribus facienda. Quid verò his ſimile profert Lugdunenſis Archiepiſcopus, vt ex ſimilitudinis ratione inde cauſæ ſuæ conciliet præſidium? Sanè non eſt Legatus natus ſedis Apoſtolicæ. Hoc, vt oſtendimus, non habet ex ſedis ſuæ dignitate, id eſt, ex iure Primatus. Id etiam non obtinet ex vſu & conſuetudine antiqua. Non ex ſpeciali priuilegio. Non ex pacto & inita cum Pariſienſi concordia. Nullam ve-
niam

Digitized by Google

niam petit. Nullam ſubmiſſionis offert ſponſionem : ſed propria auctoritate & violentia id iuris arripere contendit, quod anteceſſores ſui nunquam habuerunt, nunquam prætenderunt. Nullam denique impetratæ veniæ à Pariſienſi (ſi hanc illi, vt Cantuarienſis Eboracenſi indulſiſſet) recognitionem pollicetur: Sed proprio nutu, abſoluto imperio (quia ſic illi viſum eſt) hoc decus, meri imperij ſignaculum, ſibi nititur adſcribere. Quis igitur inficias ierit, Archipræſulem Pariſienſem illi iure reſiſtere, cùm & S. Thomas Cantuarienſis, vt ſedis ſuæ nobiliſſimæ dignitatem conſeruaret, tam ſtrenuè obſtiterit Eboracenſi Archiepiſcopo, Legationis Apoſtolicæ ordinariæ titulo & munere inſignito, etiámque ſuffulto Apoſtolicæ ſedis priuilegio ſpeciali, quo Lugdunenſis caret, vt & iure

quæſito, ab vſu & couſuetudine; *Volenti ſanè non ſit iniuria.* Hoc in Cantuarienſi prouincia Eboracenſis potuit honore clareſcere, quẽ Honorius ſummus Pontifex, proprio diplomate, eidẽ impertitus fuerat; quem nonnulli ipſius Honorij ſucceſſores, tabulis authenticis confirmauerant; quẽ denique cùm Eboracenſis ipſe inefficaciter hactenus impetraſſet, Cantuarienſis Antiſtes illi tandem indulſit ex mera gratia, certis tamen conditionibus, quas minimè ſubire D. Lugdunenſis dignaretur, etiam ſi Archiepiſcop. Pariſienſis illi eiuſdem honoris conſortium in vrbe regia & Pariſienſi Prouincia, ijſdem legibus, conceſſurus eſſet. Exemplum igitur Eboracenſis, ſicut & Cantuarienſis (qui etiam in ſua Metropoli ſedis Apoſtolicæ Legatus eſt ordinarius, viciſſimque eodem potitur

Digitized by Google

quo Eboracenſis honore, ex priuilegio, ex pacto, ex vſu & conſuetudine) eſt à re ipſa de qua nunc agitur penitus alienum. Proinde corruit penitus id, cui præcipuè Dominus Lugdunenſis innititur, fundamentum. Imò vnde ſubſidium petit, inde ſibi graue elicit diſpendium.

Cap. IX.

De Primatibus Gallicanis: vtrum prærogatiua præferendæ crucis per vniuerſam ſuam Primatiam perfruantur ex iure Primatus, aut ſpeciali priuilegio, vel vſu diutino approbata conſuetudine.

DISCVSSIS igitur exterorum Primatum iuribus, que Lugdunenſis Primas traducit in cauſæ ſuæ

Digitized by Google

patrocinium : iam de noſtratibus agendum eſt Præantiſtibus, ſeu primarum ſedium in Gallia Præſulibus ; & diſquirendum omnino, an honore ipſo quem affectat Lugdunenſis, ſinguli in ſua cuiuſque Primatia, præfulgeant : & ſubinde inueſtigandum quo titulo eam adepti ſint facultatem. Certè non iure communi & ipſius Primatus ratione, illam ipſis competere ſuperiùs nos demonſtraſſe commeminimus. Supereſt igitur duntaxat hîc perſcrutari, an eamdem prærogatiuam habeant ex iure ſpeciali, id eſt, proprio peculiaríque priuilegio, vel ex frequenti vſu, & inueterata adeóque recepta conſuetudine. Et verò octo Primates in Gallia paſſim prædicari & recenſeri iamiam inſinuatum eſt : ſcilicet Arelatenſem & Viennenſem, Bituricenſem & Burdigalenſem, Lugdunenſem & Se-

Digitized by Google

nonenſem, ac Rotomagenſem, & præter illos Remenſem (his certè omnibus multò inſigniorem, cùm ſolus ipſe Præantiſtes, Franciæ Protopariatus, & nobiliſſimi Ducatus ac Apoſtolicæ Legationis ordinariæ honore eniteat.) At inpræſentiarum excutiendum eſt, non quis horum octo Præſulum ſit Primas Galliarum: quia nullus illorum hanc de facto dignitatē obtinet; Nec etiam quis eorum ſit nobilior & præſtantior, cùm hoc ad quæſtionem præfixam minimè ex ſe pertineat: Sed an ſit aliquis inter eos, qui extra propriam Metropolim, iure præ ſe ferendæ crucis peraltæ (quæ Patriarchatus ſummi inſigne proprium eſt) perfruatur. Hoc enim ſolum eſt quod quæritur: cùm ex vſu recepto & communi conſuetudine, Dominus Lugdunenſis id honoris & gloriæ ſibi conciliare adnitatur.

Digitized by Google

Verùm quia verendum eſt, ne libellus hic in immenſum volumen exuberet, ſatius fuerit ſingularem hanc diſquiſitionem, intra circulum eorum quæ ſubiectæ conferunt materiæ, concludere. Proinde nec neceſſe fuerit de Burdegalenſi Præantiſtite plura diſſerere, cum is plurimùm ſeſe exiſtimet aſſequutum eſſe, ſi terminis ſuæ Metropoleos circumpſcriptus proprio arbitrio relinquatur, liberque & immunis conſiſtat à Bituricenſis Archiantiſtitis (qui ſe Patriarcham agnominat) imperio. De Rotomagenſi verò ſuperuacaneum etiam fuerit, fuſiorem ſermonem cõtexere, quandoquidem extra creditam ſibi prouinciam (cui iure Metropolitano præeſt) inſignia poteſtatis, nec ſoleat, nec valeat propagare: Etenim ſe tantùm Neuſtriæ Primatem ille ipſe profitetur; nec quid vltra hunc

Digitized by Google

titulum aliquatenus affectat, aut molitur. Minùs de Senonenſi diſſerendum eſt; cuius Primatus ferè iam Lugdunenſis ambitu & contentione ſuppreſſus iacet. Lugdunenſis autem ipſe eſt in cauſa, nec ſibi ipſi ius poteſt, ex ſola prætenſione ſua & nouo hoc conatu, ſtatuere: ſed cùm ex aliorum iuribus ſibi præſidium quærat, neceſſe eſt ex illorum norma, formam ipſum admittere, & ad illorum analyſim ſeſe totum componere. Proinde ad calcem diſquiſitionis, cuius ipſe cauſa eſt primaria & finalis, eius conſideratio eſt referenda. Et ſic quatuor duntaxat primarum Sedium Antiſtitum ſupereſt habenda ratio. Nimirum Arelatenſis & Viennenſis coniunctim; diuiſim autem Bituricenſis & Rhemenſis: horum enim tantummodo exempla videri poſſunt aliquid ponderis habere,

Digitized by Google

& ad propoſitum ſpecialiter pertinere.

---

§. I.

De Arelatenſi & Viennenſi Primatibus.

Demonſtratio perſpicua: quòd quamuis ambo ſint Lugdunenſi digniores, prærogatiua tamen quam ipſe affectat minimè potiantur.

AB initio fere naſcentis in Gallia religionis, Arelatenſis & Viennenſis ciuitates, vt fidei gloria, ſic ſedis dignitate, præfulſerunt, & Primatus prærogatiua iam in cunabulis illuſtratæ fuiſſe videntur. Cùm enim ambæ à S. Paulo per Gallias in Hiſpaniam proficiſcente, Protopræſulem proprium recepiſſent, nempe Arelas Trophimum, Vienna Creſcen-

Ado Viennẽſis in Chronico, ætate 6.

Creſcentem (Chriſti duos Diſcipulos) hinc & originis antiquitate, & auctoris ac fundatoris ſui, Pauli ſcilicet Apoſtoli, dignitate, & primorum Epiſcoporum merito, illæ duæ Eccleſiæ in Gallijs præeminuerunt. Quia tamen Creſcens Viennæ Protopontifex, non diù ibidem hæſit; ſed deſignato Zacharia ſucceſſore, in Galatiam, vnde primùm exierat, remeauit, ibidémque, vt Romanum Martyrologium teſtatur, fidem propagando, mortalitatem exuit: Trophimus verò in ſtatione ſua perſeuerans, non modò enaſcentis ſuæ Eccleſiæ Arelatenſis crepundia fœliciter promouit, ſed vniuerſæ etiam Galliæ ſaluti proſpiciens, vndequaque Euangelium diſſeminauit, & Eccleſias plurimas Apoſtolicâ ſolicitudine complexus, eaſdem pia ſua inſtantia, aut rexit, aut erexit:

Vide notas Cardinal. Baron. ad Martyrol. R. 5. Cal. Iunij, & 4. Cal. Ian.

Digitized by Google

Quapropter S. Zozimus Papa ſcribit, *ex eius doctrinæ fonte, fidei riuulos Gallias totas hauſiſſe, ipſúmque reuera extitiſſe, quem Gallia primum ſenſit Apoſtolum.* Inde ſanè ſummi Pontifices, ob tanti viri memoriam, Arelatenſem ſedem cui primus præfuerat, maximis prærogatiuis extulerunt, Galliarúmque Primatum ipſius Eccleſiæ Præſulibus primis ſæculis conceſſerunt, vt & Comprouinciales Epiſcopi Metropoleos Arelatenſis, ſcribentes pro huius ſedis Primatu, ad S. Leonem re & nomine Magnum, his verbis proteſtantur. *Iure*, inquiunt, *ac meritò vrbs Arelatenſis ſemper apicem ſanctæ dignitatis obtinuit, quæ in S. Trophimo primitias noſtræ religionis prima ſuſcepit, ac poſtea intra Gallias hoc quod diuino munere fuerat conſecuta, ſtudio doctrinæ ſalutaris effudit. Cuius ho-*

In Epiſt. ad Epp. Galliæ de Priuilegijs Arelat. Eccleſiæ conſeruandis.

Digitized by Google

noris obtentu Eccleſiam Arelatenſem omnes deceſſores, prædeceſſoréſque noſtri velut matrem debito ſemper honore coluerunt. Et hanc antiquitatem ſequentes prædeceſſores Beatitudinis veſtræ, promulgatis auctoritatibus confirmarunt. Credentes plenum eſſe rationis atque iuſtitiæ, vt ſicut per Beatiſſ. Petrum Apoſtolorum Principem Sacroſancta Eccleſia Romana tenet ſuper omnes totius mundi Eccleſias Principatum: etiam intra Gallias Arelatenſis Eccleſia, quæ Sanctum Trophimum ab Apoſtolis (Petro & Paulo conſpirantibus) *miſſum ſacerdotem habere meruiſſet, his ſecundùm religionem priuilegijs vteretur.* Siquidem Hincmaro teſte ex antiquo iure ſedi Arelatenſi immediatè ſubiacebant in Gallia octo Prouinciæ, ſcilicet Viennenſis, Lugdunenſis, Narbonenſis prima & ſecunda, Alpina, Nouempopulana & Ep.6.c.16.

Digitized by Google

Aquitanica ſecunda. Verùm improbitate Martiani hæretici Nouatiani, & Saturnini Arianorũ anteſignani, necnon immoderato dominandi ardore Hilarij, Arelatenſium Prçantiſtitum, maximè verò Viennenſium Præſulum acri æmulatione & contentione, decreuit nonnihil ſub Leonis I. Pontificatu Arelatenſis Primatus amplitudo & auctoritas: nam cùm S. Leo præfatus, vt Hilarium etiam antedictum in ordinem cogeret, diſtractis ex Arelatenſi Metropoli aliquot Epiſcopatibus, Viennenſem Prouinciam amplificaſſet, Viennenſes Præſules, hac gratia non contenti, *Primatus indebitos* (vt loquuntur præmemorati Comprouinciales) *expoſcere cœperunt*; ſic vt ſedem ipſam Arelatenſem ſibi ſubiugare omnibus modis viſi ſint poſtea pertentaſſe. Æt verò ante ipſius B. Leonis tempora, ea quæ

interceſſerunt diſſidia, inter Archipræſules Arelatenſes & Viennenſes, non erant de Primatu, ſed de finibus propriæ cuiuſque Metropoleos. Vnde & in Concilio Taurinenſi ſub Siricio Papa celebrato decretum eſt, vt memoratarum vrbium Epiſcopi, eas ſibi vindicarent ciuitates atque eas Eccleſias viſitarẽt, quas oppidis ſuis proximas magis eſſe conſtaret. At occaſione exceſſuum Hilarij Arelatenſis Præantiſtitis, qui ſupremum quoddam in Gallia videbatur affectare Pontificiũ, Viennenſes Archiepiſcopi adniſi ſunt iugum Eccleſiæ Arelatenſis, cui vt Primatiali ſubiacebant, non ſolùm excutere, (cùm iam ex imminutione prouinciæ ipſius Arelatenſis ſuam dilataſſent) ſed inſuper ſingulari & noua Primatia à ſede Apoſtolica (in cuius indignationem Hilarius incurrerat) impetrata, ſe ſu-

Tom. 1. Cõcil. part. 1.

hærerent, *ne inhonorata*, vt ait, *Viennenſis Eccleſia permaneret, aut Viennenſis ipſe Epiſcopus, qui indulto nouiter priuilegio iamiam vtebatur, repentè ſemetipſo factus inferior videretur.* Quæ ſententia fuit poſtea à Symmacho Papa confirmata. Attamen adhuc S. Gregorij temporibus Arelatenſis Eccleſia in Gallia præeminebat: Nam S. ipſe Pontifex ſcribens ad Vigilium ſedis huius Archiepiſcopum, inſcribit ipſum abſolutè *Metropolitanum Galliarum*, magníque momenti negotia illi hoc nomine committit. lib. 5. Epiſt. 53. Iacobus Seuertius qui fuſiſſimam nuper Chronologiam hiſtoricam Archiantiſtitum Lugdunenſium, Lugduni euulgauit; diſertè innuit diutiùs adhuc fuiſſe Arelatenſium Præantiſtitum Primatum prorogatum. *Nam ſummi Pontifices*, inquit, *Arelatenſem ad*

Lege nihilominus eiuſdē Symmachi Epiſt. ad Cæſarium Arelatēſem, qua vices Apoſtolicas in negotijs Eccleſiaſticis non modo per vniuerſæ Galliæ, ſed & Hiſpaniæ Prouincias, illi demādat. Hinc recitat Hincm. Remēſ. Epiſt. 6 c. 11.

Num. 33 §. 3.

rius igitur Papa nomine VII. expoſcēti Vuarmundo Antiſtiti Vienneſi Primatum ſuper ſeptem Prouincias, nempe ipſam Viennenſem, Bituricam, Burdegalam, Auxionenſem, ſeu Nouempopulanam, Narbonam, Aquenſem & Ebredunum, à Nicolao PP. circa an. 860. (vt Vuarmundus ipſe aſſerebat) Viennenſi Eccleſiæ collatum, ſpeciali diplomate confirmauit. Attamen Bituricenſes & Burdegalenſes Archiepiſcopi, conquerentes, hoc ſubreptitio reſcripto, illatam ſibi fuiſſe iniuriam, Viennenſi Epiſcopo ſubijci planè detrectarunt: aſſerebant etenim ſe nemini præterquam ſummo Pontifici poſſe de iure ſubiacere, cùm Primatus dignitate vtrimque pollerent, quam pridem à ſede Apoſtolica fuiſſent aſſecuti, alter quidem ſuper Aquitaniam ſuperiorem, alter ſuper infe-

riorem ad Occidentem: imò & Bituricenſis digniori titulo iam à nonnullis ſæculis inſignitus extitiſſet; nempe Patriarchatus, cui de facto & vſu tres prouinciæ erant obnoxiæ, nempe ipſa Bituricenſis, Burdegalenſis & Narbonenſis. Vnde Nicolaus præmemoratus Pontifex ſuo ad Radulphum Præantiſtitem Bituricenſem reſcripto, pro Sigebodo Narbonenſi Metropolita conquerente ad ſedem Apoſtolicam, aduerſus eundem Radulphum de exceſſu poteſtatis, Patriarchatũ eiuſmodi antiquo iure ſtabilitum, canonicis limitibus circumſcribens, ratum tamen habuit *9. q. 3. c. conqueſtus eſt.* A quo tempore, vt antea, cùm ſemper viguerit in ſede Bituricenſi hæc dignitas & auctoritas, haud æquum erat vt Viennenſis Archiepiſcopus recentiori reſcripto indicta cauſa ſibi indulto,

Digitized by Google

Eccleſiam Bituricenſem ipſa etiam Viennenſi Patriarchatus titulo longè nobiliorem & inſigniorem, ſibi obnoxiam Primatiali iure nouiter comparato efficere niteretur. Fruſtra igitur fuit eiuſmodi conatus Viennenſis Archiantiſtitis, qui tamen ne ſine cauſa hoc pertentaſſe videri poſſet, aut ſic cauſa ipſa penitus decidiſſe, tandem methodum adinuenit, quo ſe ſaltem titulo tenus ſuper Bituricenſem, Arelatenſem & alios antiquiores, ac inſigniores Galliarum Primates, efferret. Etenim vndecimo Eccleſiæ ſæculo, Petrus Viennenſis Archiepiſcopus impetrauit à Calixto II. (qui & ipſe fuerat antea Archipræſul Viennenſis) vt *Primas Primatum* in Gallia diceretur. Verùm hoc ſine rei exiſtentia. Enimvero nunquam iuribus Patriarchatus eiuſmodi, nec honoribus, nec

inſignibus ipſe propterea vſus eſt. Imò nec ipſum titulum primitiuæ Primatiæ, potuit ad noſtra vſque tempora pacificè propagare, quandoquidem hac de re iurgium, non ita diù, exſurrexit inter Viennenſem & Lugdunenſem Præantiſtites, de qua diſſenſione ſic ſcribit teſtis oculatus Seuertius antedictus. *In iſto*, inquit, *paragrapho monendum eſt, ad hos vſque dies litem ferè viſam fuiſſe commotam inter Reuerendos defunctos Archiepiſcopos Viennenſem & Lugdunenſem, deuolutam penè ad ſedem Apoſtolicam. Ille narrabat ſe eſſe Primatem Primatum, perindéque arbitrabatur ſe aliquod ius nactum ſuper Archiflaminem Lugdunenſem quaſi ſimplicem Primatem.* Subnectit autem reuera, Primatum Viennenſem antiquiſſimum eſſe, vt pote qui originem traxit à pia ad fidem conuerſione primorũ

In Chronologia hiſtorica Archiantiſtitũ Lugdun. n. 33. §. 2.

Digitized by Google

ethnicæ ſuperſtitionis Imperatorũ, ſub primatiua Eccleſia: Imò & qui breui poſt Apoſtolos cœpit tempore (ſi genuina ſunt Pij & Victoris Pontificum Epiſtolia.) Attamen affirmat ſemper fuiſſe à Lugdunenſi diſtinctum. Quidquid ſit, ius ipſum primitiuæ Primatiæ, hactenus ſuſpenſum eſſe aſtruit, ex præſcripto non vſu. Nam neque Lugdunenſis Archiepiſcopus (quem nouo exemplo Primatem Primatum ipſe Seuertius inſcribit) id de facto agnoſcit, neque ſex præfati Archiepiſcopi, quos Viennenſis ſuo imperio, vt diximus, adigere adniſus eſt temporibus Gregorij VII. Papæ, vllomodo ſedem Viennenſem Protoprimatialem recognoſcunt. Proindéque ſi quæ diplomata habeat Viennenſis Archiantiſtes digna quæ laudentur, aut exhibeantur, ea vim & robur ait Seuertius

Digitized by Google

amiſiſſe, egeréque forti redintegratione, vt ad vſum & praxim reuocentur.

Porrò hæc omnia fuſiùs perſequi, neceſſarium nobis viſum eſt, vt & Primatuum Arelatenſis & Viennenſis Eccleſiarum antiquitas & dignitas ac amplitudo, longè Lugdunenſi annoſior, ſpectabilior, & diffuſior, cuique innoteſceret: & iurium Primatialium extenſio, vſúſque antiquus, & rerum ipſarum vt hodie ſe habent, ſtatus & conditio perſpicuè inſinuarentur. Sanè Eccleſiæ iſtæ nobiliſſimę, Arelatenſis & Viennenſis, ſolæ in Gallia Apoſtolica ſua fundatione poſſunt æquè gloriari, cùm fuerint à S. Paulo perſonaliter inſtauratæ, & Sanctiſſimis Protopræſulibus quos ipſe deſignauit, & ibidem conſecrauit, inſignitæ. Ambæ præterea Protomartyrum Galliarum purpu-

Digitized by Google

ra illuſtratæ, Eccleſiaſtico principatu honoratæ: cùm, vt ait S. Leo, *cauſarum alterna ratione nunc illa in priuilegijs Eccleſiaſticis & ſacra iuſtitia, nunc iſta praecelluerit*. Et tamen earum ſedium Archipræſules ea iuris, aut honoris inſignia quæ nunc exigit Lugdunenſis Metropolita, exiguæ ſuæ Primatiæ intuitu, nunquam hactenus affectarunt, aut ſibi competere contenderunt. Licèt enim Arelatenſis Eccleſia, ſpeciali agnomine, inter Gallicanas fuerit titulo *ſanctitatis*, perenni vſu, decorata. Etſi Arelatenſis ciuitas tanta nobilitate enituerit, vt ciuitatum decus & Roma Gallula fuerit nuncupata. Licèt eius Archiepiſcopus priſcis aliquot ſęculis, ſubindéque non ſolùm tempore S. Remigij, ſed etiam S. Gregorij, & diù poſtea, habitus fuerit in Gallia Sedis Apoſtolicæ Legatus ordinarius.

In decreto ſuper antiqua queſt. Iuriſdictionis inter Arelatenſ. & Viennenſ. Eccleſias: quod extat inter Epiſtolas ipſius S. Leonis, num. 109.

Etſi Romani Imperij à Frederico Ahenobarbo, attributis Aquilæ coronatæ inſignijs, creatus Princeps. Quamuis ex antiquo iure vniuerſæ Galliæ diù extiterit Primas. Etiamſi à ſede Apoſtolica innumeris priuilegijs honoratus fuerit: nunquam tamen auſus, aut viſus eſt, extra propriam prouinciam ſublimem ante ſe crucem gerere: vt prærogatiuæ ſuæ gloriam & ſplendorem (ſicut Lugdunenſis molitur Præantiſtes) extra propriæ ſphæræ circulum proueheret. Imò nec Viennenſis Archiepiſcopus id vnquam aggreſſus eſt, quamuis duplo ampliorem Lugdunenſi Primatum hactenus prætenderit, addo & multò inſigniorem: cùm & Primatus Primatum in Gallia dignitatem, authentica Calixti ſummi Pontificis conceſſione adeptus ſit. Ex his igitur manifeſtum eſt, non ſolùm Arelatenſes

latenſes & Viennenſes Primates (qui plurimùm Lugdunenſi vetuſtiores, digniores & maiores ſunt) ex vſu & conſuetudine ſublimis crucis ante ſe erectæ extra ſpecialem ſuam Metropolim, honore minimè potiri. Sed inſuper ipſam prærogatiuam præ ſe ferendæ crucis peraltæ extra propriam prouinciam, ex iure quantumlibet ſublimis & ſpectabilis Primatus minimè pendere, aut procedere: cùm & ratione *Primatus Primatum*, tanta auctoritate ac Apoſtolica (id eſt ſuprema) indulti, Viennenſis Præantiſtes nec voluerit, nec valuerit vnquam, eiuſmodi inſigniorum decus, ſibi conciliare; nam nec apicem in medium poteſt Lugdunenſis Archiepiſcopus proferre, quo id ipſius Viennenſis exemplo approbare queat.

Digitized by Google

§. 2.

De Patriarcha Bituricenſi, & priuilegio quod habuit præ ſe ferendæ crucis vexillariæ in vtraque Aquitania.

REPETERE ſuperuacaneum puto, Bituricenſis Eccleſiæ primordia, quæ ab Vrſino viro Apoſtolico (quem quidam Nathanaelem fuiſſe dicunt, alij Sancti Stephani Protomartyris fuiſſe Conſobrinum & condiſcipulum tradunt. Cæteri verò S. Petri cooperarium & S. Clementis admiſſionalem extitiſſe adſtruunt) ſine dubio conſtat promanaſſe: Etſi Sancto Martiali nonnulli ſint, qui vt Aquitaniæ tribuunt Apoſtolatũ, ſic Eccleſiæ huius inſtauratum referant Epiſcopatum. Sanè ex quo

De eo Beda, Vſuard. & Ado. in ſuis Mart. 5. Id. Nouemb. obiter. Fuſiùs autem Greg. Turon. de gloria Cõfeſſ. c. 80. Pet. Cluniac. lib. 1. Ep. 2. Pet. Æquilin' Epiſc. lib. 10. c. 41. Catal. Sanct. Præter recentiores Chanutium, Robertũ alióſque.

Chriſtiana religio Bituricis emicuit, Hierarchia Eccleſiaſtica ibidem glorioſa inſurrexit, móxque longè latéque in Aquitania ſedis huius Epiſcopalis conſpicua fuit dignitas, inualuit auctoritas, enituit fidei & diſciplinæ gloria. Iure igitur ipſa Eccleſia, Primatus honore ante mille & centum ſupra annos comperitur hac in regione fuiſſe illuſtrata. Et enim apud Greg. Turon. lib. 6. hiſtoriæ Francorum c. 39. vbi agitur de prouectione S. Sulpitij cognomẽto Seueri *ad ſacrum Bituricenſe ſolium, hæc ſedes dicitur *Aquitaniæ primaria.* In actis verò alterius Beati Sulpitij Pij nuncupati (qui quartus poſt prædictum ſedit) legimus illum inſcium ad *Primatialem* ipſam Cathedram fuiſſe delectum. Deſiderius quoque ſanctiſſimus idémque doctiſſimus Cadurcenſis Epiſcopus ad ipſum Sulpitium, vt pro-

* Alius hic fuit à Seuero Sulpitio Preſbytero auctore vitæ S. Martini & Sacræ hiſtoriæ.

prium ſuum Metropolitam ſcribẽs, de Eccleſiaſtica politia, illum in limine Epiſtolæ appellat *primæ ſedis Antiſtitem.* Quinimo eius Primatus veſtigia ante hæc tempora ſatis apertè elucent, ex ea qua ſæpiùs prę-fulſerunt in ſacris comitijs Bituricenſes Archipræſules, inter Gallicanos Epiſcopos, prærogatiua Siquidem Tetradius 16. ſedis huius Archiepiſcopus præfuit & primus ſubſcripſit Concilio 1. Aurelianenſi, anno 507. S. Honoratus (ſerie hac Pontificali 20.) in Concilio 2. Aurelianenſi primus omnium ſedit & ſubſignauit. Sic etiam Probianus 24. eiuſdem ſedis Pontifex, Concilio Pariſienſi circa an. 559. præſedit. Poſterioribus verò ſæculis innumera reperire licet ſacræ huius prærogatiuæ non indicia modò, ſed clara etiam auctorum teſtimonia. Certè Hadrianus I. Epiſt. 87. in Pri-

Digitized by Google

matus intuitum, Hermemberto Pręantiſtiti Bituricenſi ſolemniter pallium tranſmittit. Nicolaus 1. jus Patriarchatus Bituricenſis Archipræſulis ſuper prouinciam Narbonenſem agnoſcit, vt videre eſt 9. *q*. 3. *c. conqueſtus eſt*; quem canonem recitantes Epiſcopi Prouinciæ Senonenſis contra Ioannem Primatem Lugdunenſem, appellant Bituricenſem Archiantiſtitem, *Aquitaniarum Primatem*: nam & de iure antiquo Burdegalenſis Metropolita illi ſubeſt, vt Iuo Carnotenſis part. 5. Decretorum cap. 56. & Otho Friſingenſis lib. 6. c. 3. atteſtantur. Quapropter anno 1047. Aymo Bituricenſis Pontifex, auctoritate Primatiali memoratur Archiepiſcopatum Burdegalenſem viſitaſſe. Anno verò 1145. Petrus à Caſtra * Bituricenſis Præantiſtes confirmationem Primatiæ ſuper ipſam Burdegalen-

Apud Iuonem Carnotenſem Epiſt 56.

* *De la noble maiſon de la Chaſtre.*

ſem Prouinciam à ſede Apoſtolica legitur impetraſſe: Hócque iure Simon de Soliaco Primas Bituricenſis, Burdegalenſem Antiſtitem, qui ad Synodum prouincialem euocatus, venire contempſerat, à Metropolitano officio ſuſpendit. Cúmque ille Romanum Pontificem Innocentium III. appellaſſet, pendente lite, Rex Philippus Auguſtus prædicto ſummo Pontifici ſcripſit, pro confirmatione iuris Primatiæ Eccleſiæ Bituricenſis, quam nobiliorem inter regni ſui Eccleſias eſſe dicit, *vt quæ ſola in toto ipſo regno Patriarchatus obtineat dignitatem.* Propтereáque rogat idem rex Apoſtolicam Sanctitatem, vt Burdegalenſem Archiepiſcopũ prędeceſſorum ſuorum veſtigia non ſequentem Primatíque ſuo immorigerum coerceat, & ad obedientiam debitam Eccleſiæ Primatiali

Digitized by Google

Bituricenſi exoluendam, ſuprema ſua auctoritate compellat. Quibuſquidem regijs votis & poſtulatis Pontifex benignè annuit, datóque ſacro diplomate iura prædictæ Primatiæ plenariè approbauit & ſtabiliuit. Cùm autem nec ſic Burdegalenſis cederet, Pontifex memoratus partes ipſas Romam euocauit, cauſaque diligenter diſcuſſa, Primatum rurſus Bituricenſi adiudicauit, eíque ſubiacere perpetuò debere Burdegalenſem Archiepiſcopum authentica ſanctione edixit, vt colligitur *ex cap. vlt. de Maioritate & obedientia, c. vlt. de dilationib. & cap. vlt. de dolo & contumacia.*

His præmiſſis quærendũ ſupereſt, an Bituricenſis Præantiſtes in Prouincia Burdegalenſi (quæ ſola eidem ex veteri iure Primatiæ ſuffragatur) crucem ſublimem ante ſe aliquando

deferri fecerit: & ſi res ita ſe habere perhibetur, vnde hoc habuerit, ſcilicet à iure ipſo Primatus, vel à ſpeciali priuilegio, aut inueterata conſuetudine. Quòd ad primum attinet, affirmatiuè reſpondendum eſt. Etenim legitur in antiquis Bituricenſis Eccleſię monumentis, Petrum à Caſtra præmemoratum, Burdegalenſem Prouinciam ingreſſum præuia cruce proceſſiſſe. Idem autem Guarinum ſeu Girardum factitaſſe & B. Philippum 71. eiuſdem ſedis Archiepiſcopum. Sed ad ſecundum poſtulatum dicimus, id honoris Archiantiſtites Biturícenſes in Burdegalenſi Prouincia non ſibi vendicaſſe ex iure ipſo Primatus, ſed ex ſpeciali & expreſſo ſedis Apoſtolicæ priuilegio ſæpe ſæpiùs confirmato. Hoc enim ſupremum Patriarchatus ſignaculum indulſit primùm, Eugenius III. Pontifex ante-

Recitat Ioãnes Chanutius in Chronologica hiſtoria Archiepiſcoporũ Bituricẽſiũ num. 61.

antedicto Petro à Caſtra, cum Primatus approbatione, tabulis authenticis confectis Romæ trans Tyberim Idib. Martij anno 1145. Pontificatus ſui anno 2. in quibus inter cætera hæc diſertis verbis legimus. *Porrò tibi tuiſque ſucceſſoribus vſum pallij confirmamus, atque ad majorem reuerentiam, per ſupradictas prouincias vexillum Dominicæ crucis ante vos deferri concedimus, &c.* Quodquidem priuilegium Hadrianus IV. renouauit proprio reſcripto, anno 4. ſui Pontificatus, id eſt Chriſti 1154. & Lucius III. idipſum confirmauit literis ſuis Apoſtolicis anno 1183. Henrico de Soliaco conceſſis. Porrò ſi ad praxim & conſuetudinem deſcenderimus, non ita reperiemus, inconcuſſè per ſuccedentia tempora fuiſſe obſeruatum: Licèt enim Bituricenſes Archiepiſcopi, vt hanc facultatem à ſede Apoſtolica

Digitized by Google

faciliùs impetrarent, inſinuaſſe memorentur, id ex antiqua Patrum conſuetudine promanaſſe: tamen nec priſca conſuetudo (qualiſcumque fuerit) etiam varijs Apoſtolicis reſcriptis roborata, potuit ad hæc vſque tempora perſeuerare: Conſtat etenim à quatuor ſaltem ſæculis illam penitus ceſſaſſe. Cùm etenim Aquitania Anglis tota fere addicta ſub iugo eorum preſſa gemeret, Archiepiſcopus Burdegalenſis Primatis ſui Bituricenſis facilè iugum excuſſit, & ipſa Primatia Bituricenſis iura ſua & vires paulatim amiſit, ſic vt vix dignitatem ipſam nomine tenus tandem retinuerit. Exemplo eſſe poteſt ea quæ contigit non ita diù inter Bituricenſem Primatem & Metropolitas, quos ſibi cauſabatur iure Patriarchatus obnoxios, diſſenſio. Cùm enim D. Reginaldus de Beaune nuper Ar-

Digitized by Google

chiepiſcopus Bituricenſis Conciliũ prouinciale coëgiſſet Bituricis, vt ſe quantum poſſet lubens conformaret ad Oecumenicum Concilium Tridentinum, certè in mandatis dedit Archiepiſcopis Burdegalenſi, Narbonenſi, Auxitano & Toloſano, vt ad eamdem Synodum canonicè vocati accederent, exponebátque ſuo eos Primatui, ſeu Patriarchatui addictos. At illi obmuteſcendo recuſantes, eò peruenire contempſerunt. Nec mirum; cùm iam anno 1433. in celebri illo Principum & Prælatorum Christianiſſimi regni conuentu à Carolo VII. Bituricis habito, Burdegalenſis Archiepiſcopus ius Prælationis & dignioris ſeſſionis, aduerſus Bituricenſem ipſum Præantiſtitem, in diſquiſitionem aduocauerit, & acri contentione prærogatiuam honoris ad ſe traducere niſus fuerit. Certè qui

primum locum in Bituricenſi ciuitate, hoc eſt in propria Præantiſtitis Bituricenſis ſede, iam tunc ambiebat, quomodo in ſua propria vrbe, aut prouincia, Patriarchatus inſignia nunc illi permitteret? Aut quomodo Bituricenſis ipſe Antiſtes eadem trophæa huc vſque propagare & geſtare præſumeret, cùm vix ſedis prærogatiuam potuerit ſibi tueri in propria Eccleſia? Proculdubio populi Burdegalenſis proteruia, Senatus ampliſſimi potentia, Archiepiſcopi ipſius, qui ſe quoque Aquitaniæ Primatem iactat, auctoritas, eiuſmodi conatum longè eliminarent, & Bituricenſem intra proprios fines properè retruderent, quibus ipſum contineri oportet, cùm fere Primatus iura & priuilegiorum vſum amiſerit, rerum ciuilium conturbatione & temporum ipſorũ iniuria. At ſatis eſt oſtendiſſe

Digitized by Google

illum crucis prælatione nuſquam potitum fuiſſe ex iure Primatiæ ſuæ, ſed duntaxat ex ſpeciali priuilegio; cuius quia exoleuit vſus, conſuetudo deſijt, vigor etiam elanguit, ex hoc ſanè nihil ſubſidij poteſt, per idemtitatem dignitatis, Lugdunenſis Archiepiſcopus ſibi in præſenti cauſa comparare. At quia de Bituricenſi & Lugdunenſi ſermo eſt, non abs re fuerit hoc loco quis eorum alteri dignitate præcelluerit, ex probato Eccleſiæ vſu, ſummíque Pontificis ſolemni iudicio, indicare.

Archiepiſcopus Bituricenſis ferè ſemper præcelluit, adhúcque præeminebat Lugdunenſi, ſæculo ineunte duodecimo. Nam in Concilio Remenſi à Calixto II. celebrato an. 1119. 12. Cal. Nouemb. Leothericus Archiepiſcopus Bituricenſis honoratiori ſedit loco, quàm Hum-

bertus Archiepiſcopus Lugdunenſis, cùm ipſe ſecundum locum tenuerit; ille verò tantummodo tertium: vt nobis teſtis eſt Ordericus Vitalis lib. 12. hiſtoriæ ſuæ Eccleſiaſticæ, & ex eo Sebaſtian. Rouillardus in hiſtoria Melodunenſi, pag. 326. 327. 328. vbi ſubinde notat hoc ordine ſeſſionis (quam decernente Pontifice Maximo nemo dixerit non rectè fuiſſe inſtitutam) Archiepiſcopi Lugdunẽſis Primatui nonnihil fuiſſe derogatum.

---

§. 3.

De Remenſi Archipræſule, natiuo ſedis Apoſtolicæ in Gallia Legato, & ejus ſacris prærogatiuis.

IAM cap. 2. pauca prælibauimus de Remenſis Archiantiſtitis præeminentia: hîc enim nos oſtendiſſe commemini-

Digitized by Google

mus à quo Pontifice & quomodo Legationis natiuæ, vt vocant, honore & munere decoratus fuerit Remenſis Eccleſiæ Hierarcha, nempe ab Hormiſda digniſſimo ſupremæ ſedis Pontifice, Sancti Remigij tum Francos ad Chriſti iuga perducentis & Gallias glorioſis ſuis meritis illuſtrantis cõſideratione. Hunc autem ordinariæ Legationis honorem fuiſſe ab hinc in ſede Remenſi propagatum, & ad Sancti ipſius Remigij ſucceſſores quaſi per traducem deriuatum, ſede Apoſtolica continua beneuolentia illis opitulante, nemini poteſt eſſe ambiguum: cùm in ſacris ſummorum Pontificum decretis id ſit omnino perſpicuum. Siquidem Archiepiſcopus Remenſis Apoſtolicæ ſedis in Gallia Legati honorifico titulo memoratur ab Innocentio III. *cap. dilectus. de præbendis, & cap. per venerabi-*

lem. qui filij ſunt legitimi: & ab Honorio III. cap. dilectus. de fil. preſbyteror. Hanc tamen Legationem ordinariam tractu temporis fuiſſe arctiſſimis terminis circumſcriptam, ita vt Metropoleos Remenſis limites non tranſiliret, & ad ius appellationum, omiſſis medijs, in ipſa prouincia duntaxat recipiendarum, de more extenderetur, res eſt admodum explorata. Quinimo ſunt qui arbitrentur, Legati nati titulum adeò fuiſſe Remenſibus Preſulibus inefficacem, vt ni diplomatico Legationis honore ſigillatim cumularentur, ea quantulacumque eſſet minimè frui poſſent auctoritate. Quapropter vbi Remenſis Antiſtes aliquis, Legati nuncupatione à ſummis Pontificibus memoratur, paſſim particula, *tunc exiſtens*, ſubnectitur: vt vel hoc munus non tam fuiſſe ordinarium, quàm ſingulare

Vide Epiſtolas Stephani X. Nicolai II. & Alexand. II. Pōtificū Rom. ad Geruaſium Remenſem Archiep Quæ ex Bibliotheca Papyrij Maſſonij editæ ſunt, & extant ad calcem Epiſtolarum Stephani Tornacenſ. Epiſc.

Lege etiam gloſ. in cap. referentur. de præbendis, & Hincmarum Remēſem Archiep. Epiſt. 6. c. 21. Vbi recitat Priuilegiū Benedicti PP. III. conceſſum huius ſedis Preſulibus pro diffinitione litium inter ſuos comprouinciales.

gulare & temporaneum, ijs ſcilicet qui ſedis propriæ ſuffulti quidem dignitate & maiorum exemplis, à ſummo tamen Eccleſiæ Hierarcha, priuilegij renouationem & honoris huius continuationem nouo reſcripto impetraſſent. Sic enim, poſt alios, non ita diù Carolus Cardinalis à Lotaringia Archiepiſcopus Remenſis, à Paulo PP. IV. Legati nati titulum cum effectu conſecutus eſt, Apoſtolicis codicillis Romę exaratis pridie Idus Ianuarij anno ſalutis 1555. Quibus conſtat eumdem Cardinalem Sanctiſſimo Papæ expoſuiſſe, ſedem Archiepiſcopalem Remenſem eſſe præcipuum Reipublicæ Chriſtianæ in Gallia ſeminarium; Cùm S. Remigius eiuſdem Metropolis Antiſtes Protochriſtianiſſimum Francorum Regem Clodoueum, regníque ipſius Proceres baptiſmatis fonte regenerauerit,

Digitized by Google

Regémque ipſum oleo cœlitus demiſſo, quo etiam poſteri Reges in hunc vſque diem inunguntur, ſacrauerit, & religioni ipſi diuinitus Frãcis inſpiratæ glorioſè præfuerit. Quapropter ipſa Eccleſia Remenſis inter cæteras partium illarum Eccleſias, Primatum tenens, varijs prærogatiuarum honoribus tum à ſede Apoſtolica, tum ab ipſis Chriſtianiſſimis Regibus decorata reperiretur, eiúſque Præſul pro tempore exiſtens Dux Remorum & inter duodecim Franciæ Pares primus recenſeretur. Qui & antecedentium R. Pontificum beneficio Legatus natus ſanctæ ipſius Sedis exiſteret. Cùm autem nihilominus ex huiuſmodi Legatione nullum fructum perciperet, ſed inane nudúmque illius nomen, abſque vllo prorſus effectu, penes ipſum Archiepiſcopum perdurare dignoſceretur.

Digitized by Google

Ideóque deprecatus eſt obnixè, & quàm humillimè Cardinalis Archiantiſtes præfatus, Pontificis Beatitudinem, vt pium intuitum in Eccleſiam ipſam Remenſem conuertens, Legationi prædictæ honorariæ, quæ vt mera potentia, inanis ſine actu iacebat, vim aliquam & efficaciam in ſupplicis ipſiuſmet gratiam impertiri dignaretur. Annuit eiuſmodi poſtulatis optimus Pontifex, conceſſa eidem Cardinali Archiepiſcopo (quamdiu Eccleſiæ ipſi Remenſi præeſſet) appellationes ab Officialibus ſuorum ſuffraganeorum, conſeruatoribus Priuilegiorum, maximè Abbatis Sanctæ Genoueſæ & aliorum Iudicum Monaſteriorum, Capitulorum & locorum exemptorum ciuitatis & ſuburbiorum Pariſienſium, excipiendi; & cauſas quaſcumque per Officialem Metropolitanum, quoad negotia diœceſis

& Prouinciæ Remenſis; & per Officialem Legationis nuncupatum, à ſe Pariſijs inſtituendum, quoad conſeruatores prædictos & exemptorum locorum Iudices, definiendi & terminandi auctoritate Apoſtolica, extraordinaria facultate. Et has quidem literas Apoſtolicas ratas habuit Henricus II. Rex Chriſtianiſſimus expreſſo diplomate: háſque ipſas Senatus ampliſſimus ſubinde promulgauit. Verumtamen nihil inde ſolidæ auctoritatis, aut poteſtatis ſedi ipſi Metropolitanæ Remenſi acceſsit, quia perſonæ potiùs quàm dignitati priuilegium eiuſmodi fuerat attributum. Etenim Pontifex, ne hæc facultas in ſucceſſores Archipræſules tranſiret, cautè hanc adiecit ipſi conceſſioni clauſulam. *Nos igitur tibi* (nempe Lotharingiæ ſtirpis Principi, S. R. E. Cardinali, de orthodoxa reli-

10. menſ. Martij an. 1555. & 25. Iunij eiuſd. an.

i

gione Chriſtianiſſimóque regno ſupra modum benemerito) *quamdiu ipſi Eccleſiæ Remenſi præfueris, dumtaxat, concedimus, &c.* Vnde cùm maximus ille Cardinalis prorogato per annos 36. glorioſo Præſulatu, ſupra cœli cardines euolaſſet, poteſtas eiuſmodi iuridica euanuit: nec ſucceſſores, etſi aliqui illi origine pares, purpurea dignitate æquales, aliqui etiam doctrinæ eminentia & pietatis meritis admodum inſignes, hanc vnquam auctoritatem ad ſe traducere potuerunt; ſed Legationis huius ordinariæ nudum ſine re titulum, ſicut erat ante priuilegij eiuſmodi ſpecialis conceſſionem, retinuerunt.

Cæterùm ex dictis nonnulla operæ precium annotanda ſunt, quæ ſubiectæ materiæ plurimùm accommoda & congrua videntur. Nimirum Eccleſiam Remenſem,

quæ à S. Sixto Martyre*, Archiapoſtoli Petri Diſcipulo, inſtaurata, tot aliorum Martyrum & Protopræſulum ſacro cruore tincta & illuſtrata: tandem per S. Remigium Francis contulit religionis primitias, Regibus cœleſtis benedictionis diuitias, Galliæ vniuerſæ, ſtabilitæ pietatis fundamenta, tantam ſibi vendicare hoc titulo dignitatem, imò Majeſtatem, vt nulla ſit in Gallijs antiqua ſedes Archiepiſcopalis, quæ de gradu * honoris cum illa iure decertare queat. Vnde cùm ſola fuerit Apoſtolicæ Legationis ordinariæ gloria ante mille & centum pluréſque inſuper annos, à Chriſti vicario decorata, ab ipſóque & Regibus Chriſtianiſſimis, varijs prærogatiuis ſacris & ciuilibus aucta & cumulata, ſingularis præeminentiæ ſplendore, meritò inter omnes alias enituit. Quæ

Error irrepſit * in Breuiar. Remenſ. Reform. in quo Sixtus ille Confeſſoris tantùm ordine cum Sinicio recenſetur & colitur. Hûc etenim illúmque Martyrio coronatos Rom. Eccleſia commemorat in Martyrol. ſuo Cal. Sept. cui conſentiũt antiquæ ipſius Eccleſiæ Remenſ. tabulæ, & ſubſcribunt Galeſini*, Ferrarius, Demochares, Coluenerius, Chanutius, Robertus, &c.

* In Concilio Remenſi à Calixto 2. anno 1119. 12. Calẽd. Nouemb. celebrato Rodolphus Remenſis Archiepiſcopus ordine ſedis alijs omnibus Metropolitis, ipſiſque Leotherico Bituricẽſi Patriarchæ & Humberto Primati Lugdunenſi præ-

tamen licèt tot honoribus inſignita, Præſulibus ſuis eam gloriam conciliare nuſquam potuit, quam nunc Dominus Archiepiſcopus Lugdunenſis tanta contentione ſibi adnititur aſtruere. Etſi enim ex iure natiuæ Legationis, qua præfulget ipſa regalis & veneranda Eccleſia, Antiſtites eiuſdem, Apoſtolicæ dignitatis inſignia valeant (vt cap. 2. inſinuauimus) circumgerere: & conſequenter ſublimem crucem proficiſcendo per Legationis ſuæ ambitum præ ſe ferre: nihilominus hoc ius extra propriam prouinciam cui Metropolitæ ipſi præſunt, nuſquam potuerunt propagare. Cùm & ipſius Legationis, toties à ſede Apoſtolica confirmatæ, nec actum quãtulumcumque, vltra ipſius prouinciæ ſuæ ſepta, potuerint exercere, imò nec in hac ſua Metropoli, munus ipſum diù obire; cùm &

cellnit: cùm hic primum tunc locum, Papa decernẽte tenuerit, illi verò ſecundũ & tertium, Ordericus Vitalis lib. 12. hiſtor. ſuæ Eccleſ. & Rouillardus in Hiſtorio Melodunenſi, pag 325. & 327.

iam à multis retro ſæculis præter nomen nudum Apoſtolicæ Legationis, nihil fere iuris (quod ſuperſit ex prima conceſſione poteſtatis huius extraordinariæ) retinuiſſe dignoſcantur. Quamuis verò ampliſſimus ille & meritiſſimus Cardinalis Carolus à Lotharingia, ſumma auctoritate Princeps, maxima Præſul pietate & prudentia; egregia doctrina, ſingulari eloquentia, incomparabilique virtute præditus, Apoſtolicæ præterea & regalis beneuolentiæ gratia, tot meritis ſuffragantibus, pollens, pro virili contenderit, vtraque auctoritate, Legationis huius ordinariæ non modò honorem & gradum, ſed & poteſtatem ac munus ſuæ Eccleſiæ comparare & ſartam tectam in poſterum relinquere: Nuſquam tamen potuit id aſſequi, ſed propriæ dumtaxat perſonæ intuitu, quamdiu

diu Remenſi ipſi Eccleſiæ præſideret, hoc ſolum impetrauit à ſummo Pontifice, vt Legatorio nomine, aliquam iuriſdictionem, vbi intercederet præuia appellatio, exerceret. Nec ideo, vt inſignia ipſa dignitatis perferre poſſet, etiam vbi iuriſdictionem eiuſmodi exequeretur, valuit vllo modo obtinere: ſupremo Eccleſiæ moderatore ſapientiſſimè perpendente, vſum eiuſmodi inſignium tanti eſſe ponderis, vt non niſi vrgentiſſima ratione cuiquam concedendus ſit, cùm in Metropolitanorum & ordinariorum diſpendium vergere ſoleat. Et verò ſi tantus Cardinalis, natalibus, meritis, dignitate ſedis inter Gallicanos Præſules longè illuſtriſſimus, minimè conſequi potuit, etiam ex ſpeciali priuilegio, vt crucem ſublimem ante ſe deferri faceret extra propriam prouinciam iure Legatio-

Digitized by Google

nis ſuæ natiuæ (quæ Primatu ſimplici longè dignior eſt) decúſque iſtud ipſi dignitati proprium nequiuit, quidquid fecerit, in Pariſienſi ſibi arrogare ciuitate, in qua tamen Apoſtolico diplomate & regio edicto ac Senatuſconſulto ſacrum Tribunal obtinebat, & Officialem à ſe ſubdelegatum Iudicem, Apoſtolica auctoritate Eccleſiaſticas cauſas definientem, habebat: Quis compos mentis vſquam capiet, hanc ſacri honoris prærogatiuam, ſummæ poteſtatis ſignaculum, inferioris gradus Primatem his omnibus ferè titulis & muneribus expertem in vrbe regia ſibi vendicare poſſe, aut debere, cùm ibi nullam iuriſdictionem exerceat, non territorium, non auditorium, non iudicem, non miſellum apparitorem habeat? Sed ſatis hactenus de internis externiſque exemplis.

Y

Cap. X.

De Primatu Lugdunenſi.

SILVESTRVM ſecundum ſummæ ſedis Pontificem (qui Remenſis primùm fuerat Archiepiſcopus) Sanctò Stephano Hungariæ primo regi conceſſiſſe legimus, vt crux ante ipſum, ceu Apoſtolatus inſigne, deferretur, quòd eius opera multi infideles populi conuerſi fuiſſent. Rarum profectò exemplum: quod tamen perſpicuè oſtendit, crucis ſublimis præferendæ prærogatiuam numquam alicui impertiri à ſede Apoſtolica ſine grauiſſima cauſa; cùm non ſolum ſit indicium Primatus, ſed & Apoſtolatus. Et certè ſi Antiſtes Lugdunēſis poſſet approbare, ſuam

Cartuitus Epiſcop. in vita S. Stephani regis apud Suriū tom. 4. die 20. Aug.

Digitized by Google

Eccleſiam fuiſſe omnium Eccleſiarum Gallicanarum matricem, prædeceſſoréſque ſuos primarios in Gallijs ad Chriſti cultum perducendis ſingulari Apoſtolatu functos fuiſſe: ſanè etſi honorifici huius ſignaculi non haberet, ex Apoſtolico diplomate, conceſſionem, haberet tamen ex ipſo munere & iure antiqui Apoſtolatus (quo Gallia tota ei deuincta eſſet) prærogatiuæ eiuſmodi expetendæ legitimam rationem. At Eccleſia Lugdunenſis inter Gallicanas, nec eſt *antiquiſſima*, nec *Apoſtolica*, nec *religionis radix*, nec *ſacri Principatus vertex*, nec Primatialium ſedium præcipua. I. Non eſt ANTIQVISSIMA, quia cùm fuerit anno duntaxat 141. inſtaurata, triginta adminus Eccleſiæ in Gallia illam ordine fundationis antecedunt, inter quas minimè poſtrema eſt Pariſienſis Eccleſia. II. Non

Ado Vienneſ. in Chronic. ætate 6. & ex eo Seuertius in Chronologia hiſtorica Archiantiſt. Lugdun. num. 45. 2.

eſt APOSTOLICA, quia neque ab vllo Apoſtolorum legitur inſtituta, nec à quoquam ex numero 72. Domini Diſcipulorum collecta, imò nec ab vllo viro Apoſtolico, id eſt, Apoſtolorum auditore, Diſcipulo, aut adminiſtro, erecta. Etenim S. Photinus ſedis huius Protopontifex, qui & prima fuit Lugduni fidei victima, etſi Martyr glorioſiſſimus & Præſul ſanctiſſimus extiterit, numquam tamen fuit Apoſtolorum aſſecla: ſed tantùm B. Polycarpi Diſcipulus, vt & S. Irenæus, qui eiuſdem Photini ſucceſſor in eadem ſede factus eſt. III. Non eſt religionis in Gallia RADIX neque ſcaturigo, quia hinc nec ſacramenti pietatis apud nos primordia inſurrexerunt, nec fidei fluenta in Gallias primitus dimanarunt. Cùm S. Martialis Chriſti Diſcipulus ex Lemouicis totam Aquitaniam, S. Laza-

Digitized by Google

rus ex Maſſilia Phocenſem prouinciam, S. Dionyſius Areopagita è Lutetia interiorem Galliam, S. verò Trophimus & ipſe Chriſti Domini inſignis Diſcipulus, ſanctíque Pauli cooperarius, ex Areſato, cui ab eodem Apoſtolo præfectus fuerat religionis Antiſtes, Celticam & Braccatam Galliam fidei rudimẽtis imbuerit, imò Apoſtolico functus munere, vniuerſam Galliam pietatis myſterijs illuſtrauerit, & in Chriſti regni prouinciam ſua ſollicitudine, & inſtantia traduxerit & compoſuerit. Vnde illud elogium, quod Zozimus Papa antiquiſſimus de eo ſcripſit, iure promeritus eſt. *Ipſum fuiſſe ſcilicet quem primum Gallia ſenſit Apoſtolum, & ex cuius prædicationis fonte potiora fidei, & doctrinæ Apoſtolicæ fluenta ſuſcepit.* Nam Galliæ vniuerſæ, ipſe qui primus eluxit, profuit maximè, ac

In Epiſt. ad Epiſcop. Galliæ de priuilegijs Arelatenſis Ecclefiæ conſeruandis.

Digitized by Google

præfuit ipſo Apoſtolorum tempore, imò eorumdem conſtitutione: Quin & plus curæ & laboris quàm alij Apoſtolici viri (qui cunabulis Gallicanæ Eccleſiæ prouehendis incubuerunt) impendit, cùm omnium ferè Galliæ populorum curam inſtar Apoſtoli geſſerit, præcepto Sanctorum Petri & Pauli, vt ſcribunt Comprouinciales Arelatenſes ad S. Leonem. *In cuius contemplationem*, inquiunt, *id honoris & dignitatis eius ſucceſſoribus ab initio collatum eſt, vt non tantùm quatuor proximas ſibi Prouincias poteſtate propria gubernarent: verùm etiam omnes Gallias, Apoſtolicæ ſedis vice illis mandata, ſub omni Eccleſiaſtica regula continerent.* Hæc igitur Eccleſia fundatione, iure & honore Apoſtolica eſt. At Lugdunenſis eiuſmodi titulo Apoſtolico non fruitur, neque prærogatiua. IV. De-

nique prædicta Eccleſia Lugdunenſis, Hierarchiæ Eccleſiaſticæ Gallicanæ non eſt CAPVT & VERTEX, neque inter Primatiales ſedes præcipua. Primum patet, quia non eſt Patriarchalis in vniuerſa Gallia, vt Conſtantinopolitana in Græcia, vel Antiochena in Syria; neque abſolutè Primatialis, cùm non niſi in Celticam, ſeu Lugdunenſem Galliam Primatiæ ſuæ iura extendat, & præter eam ſeptem ad minus ſint in Gallia ſedes, quæ peculiaris nec minùs inſignis Primatiæ gaudeant dignitate. Secundum autem perſpicuum fit ex eo quòd non ſolum Viennenſis Archiepiſcopus ſe Lugdunẽſi ſuperiorem aſtruit, cùm ex ſpeciali priuilegio Apoſtolico ſe Primatem Primatum eſſe conſtanter aſſeueret; ſed etiam quia Senonenſis, ipſius Primatiæ Celticæ titulum & munus, quod ſibi tribuit Lugdu-

Lugdunenſis Archiepiſcopus, ad ſe pertinere contendit, & poſtliminio etiam repetere iugiter minitatur.

Sanè Philippus Auguſtus ſcribens Innocentio III. ſummo Pontifici pro Simone Bituricenſi Præantiſtite, contra Archiepiſcopum Burdegalenſem, ſuo prædicto Primati ſubijci detrectantem, notanter eidem Pontifici Maximo ſuggerit & exponit ipſam Eccleſiam Bituricenſem, *inter omnes regni ſui Chriſtianiſſimi Eccleſias, iam à multis annorum centurijs nobiliorem extitiſſe, ipſámque ſolam in toto regno iſto ampliſſimo, Patriarchatus obtinere dignitatem.* Id igitur meritò quemuis poſſet inducere in ſtuporem, perquirendo vnde Lugdunenſis Archiepiſcopus Primatis Galliarum (qualem ſe iamiam inſcribit) titulum depromſerit, & quando ſingularis ille & vnicus Galliarum

Digitized by Google

Primatus incœperit, cùm ex regio hoc teſtimonio liquidò conſtet, adhuc ſæculo duodecimo Bituricenſem Eccleſiam in Gallia præeminuiſſe, & Lugdunenſem tum minimè creditam fuiſſe Galliarum principalem, cùm vix Primatialis in ſuo diſtrictu eo tempore haberetur. Et verò ſi ad rei ipſius principia regrediendum ſit, manifeſtum eſt, antiquis ſæculis Eccleſiam ipſam Lugdunenſem, haud Primariam in Gallia extitiſſe. Nam prima omnium Arelatenſis (cùm & ipſa Lugdunenſis ei obnoxia eſſet) habebatur: Cum qua ob Primatum etiam ſubinde congreſſa eſt Viennenſis. Bituricenſis autem ſemper in vtraque Aquitania præcelluit. Remenſis ſub S. Remigio illuſtrata extraordinario natiuæ Legationis honore, longè latéque in Gallia enituit. Senonenſis autem tanta præfulſit digni-

Digitized by Google

tatis gloria, vt Primatum ſuum non modò ſuper Galliam vniuerſam aliquando prouexerit, ſed in totam inſuper Germaniam propagarit. Mirum autem cur tacuerit Pariſienſis Eccleſia: quæ gradus etiam prærogatiuam æquo iure exigere potuiſſet.

Et certè magis mirũ eſt Lugdunenſem ſedem Primatum vniuerſalem Galliarum ſibi adſcribere, cuius Protopræſulibus Apoſtolatum Galliarum (qui varijs de cauſis & temporum vicibus, ab Apoſtolicis Pontificibus creditus fuiſſe legitur diuerſarum Galliæ ſedium Primipilaribus Epiſcopis) conſtat neutiquam fuiſſe attributum. Siquidem à S. Paulo cõperimus S. Trophimum conſtitutum fuiſſe Arelati Galliarũ Apoſtolum. Inſuper ſcribunt S. Antoninus & Petrus Æquilinus Epiſcopus, Sanctum Sauinianum totius

Part 1. hiſtor. c. 25. titul. 6.
Lib. 1 Catalogi Sanctorũ c. 25.

Digitized by Google

Galliæ Primatem à S. Petro fuiſſe ordinatum. S. verò Dionyſium Eccleſiæ Pariſienſis Protoparentem, à S. Clemente Apoſtolatum Galliarum recepiſſe, omnia ferè ſacra monumenta Eccleſiarum atteſtantur. Quòd verò Lugdunenſis Protoantiſtes S. Photinus, hoc munus Apoſtolicum ſuſceperit, ab Apoſtolorum, in Romanæ vniuerſalis Eccleſiæ ſolio, ſucceſſoribus, nuſquam legimus, nuſquam deprehendimus. Dices *S. Irenæum eius ſucceſſorem, teſte Euſebio, Galliarum Epiſcopis præfuiſſe*. Adde igitur, in Synodo, auctoritate Victoris Papæ collecta, cuius hac in re duntaxat vices gerebat, vt & Seuertius agnoſcit, *num. 2. §. 3.* vbi & aliam rationem ſubijcit, cur S. Irenæus hoc in cœtu præeminuerit; nempe quia eo tempore cùm Chriſti & Apoſtolorum Diſcipuli glorioſis agonibus

Euſeb. Cæſ. lib. 5. hiſt. Eccleſ. c. 24.

Digitized by Google

ad Dominum commigraſſent, Galliæ Antiſtites ſponte ſua excellentiſſimo illi viro Polycarpi Apoſtolorum auditoris Diſcipulo, plurimum ob raram eius ſapientiam & ſanctimoniam deferre cõſueuiſſent. Igitur iſta ſubmiſſio reuerentialis tantùm fuit, nec ad ſucceſſores vſquam deducta eſt. Nam per plurima ſæculorum poſteriorum curricula, primitiuarum origine ſedium Antiſtites in Gallia, dignitate etiam & auctoritate Lugdunenſibus præfulſerunt: vtſuperiùs in diſcuſſione Primatiarum Arelatenſis, Viennenſis, Bituricenſis & Remenſis Eccleſiarum fuit à nobis apertiſſimè intimatum. Certè à S. Irenæi exceſſu, tres annorum centurias perluſtrare licet, quibus in Gallia Lugdunenſis Epiſcopus, nulla, præter ſimplicis Metropolitani, prærogatiua, inclaruit. Primus enim qui inter ſa-

cros proceres aliqua honoris eminentia refulſiſſe conſpicitur, fuit Priſcus, qui Concilio 2. Matiſconenſi præſedit anno 582. Sed hoc Primatum vniuerſalem Galliarum non arguit, præfuit enim eiuſmodi Synodo, non ratione Primatus, ſed eo quòd cœtus agebatur in propria eius prouincia; Matiſconenſis enim ciuitas ſedi Lugdunenſi ſuffragatur. Si enim Galliæ Primas priſcis illis ſæculis creditus fuiſſet Lugdunenſis Antiſtes, profectò, in ſacris comitijs, vbi maximè Pontifices auctoritatem & dignitatẽ ſuam oſtendere debent & tueri, hunc gradum, hoc decus debuiſſet retinere. At in veteribus Concilijs Gallicanis Lugdunenſes Præſules primas partes minimè expleuerunt; nec enim Synodis ipſis præfuerunt, aut primi ſubſcripſerunt. Nam Arelatenſi 1. Concilio ſeu Gallicano 2.

Digitized by Google

præfuit Marinus Arelatenſis Præantiſtes; Aurelianenſi I. Aredius Metropolitanus qui tum erat Dinienſis; Secundo S. Honoratus Bituricenſis; Pariſienſi primo S. Probatianus, itidem Bituricenſis; Secundo Sapaudus Arelatenſis; Lugdunenſi I. Philippus Viennenſis. Mirum autem eſt omnino quomodo, vel in vrbe propria Lugdunenſis Hierarcha Primatum ſuum non tenuerit, ſed paſſus fuerit, ſe præſente & aſſidente, externum Metropolitam Principatum Eccleſiaſticũ ſic aſſumere. At ab eiuſmodi exemplis lubens ſuperſedeo: quandoquidem tempus præteriret enarrantem. Audenter tamen dixerim; quamdiù ſplendorem antiquum retinuerunt Primitiuæ Galliarum Eccleſiæ, putâ Arelatenſis, Viennenſis, Bituricenſis, Remenſis & Senonenſis, vix Lugdunenſis vlla præ-

rogatiua emicuit: Nam adhuc ſexto ſæculo Arelatenſi Primati, Metropolita ipſe Lugdunenſis ſuffraganeus erat. Nono autem defluente vix idem potuit Senonenſis Archipræſulis imperium effugere. Etenim anno 876. Anſegiſus Senonenſis Archiepiſcopus à Ioanne VIII. PP. authenticis tabulis Galliæ & Germaniæ Primas denuntiatus eſt. Cui cùm in Concilio Pontigonenſi à Legatis Apoſtolicæ ſedis, vrgerentur Gallicani Præſules, obedientiam exhibere: ipſi reſponderunt, *quòd ſeruato ſingulis Metropolitanis iure Priuilegij, ſecundùm ſacros Canones & iuxta decreta ſedis Romanæ D. Joannis Papæ Apoſtolicis iuſſionibus obedirent.* Nec repugnauit eiuſmodi ſponſioni Lugdunenſis Archiepiſcopus, ſed Remenſis qui Legationis natiuæ ſedis Apoſtolicæ iure ſuffultus, nolebat Prima-

Aymoin. lib. 5. c. 33. de geſtis Franc.

Tom. 3. Cõcil. in eiuſdẽ ſynodi ſeſſ. 1. & 7. Vide etiam ibidem notas Binij ex Odorano Monacho Concil. præfatum capitibus diſtinctum referente: In quibus notandum eſt omnino c. 2.

Primatem aliquem ſuper ſe intra Gallias agnoſcere. At nihilominus Anſegiſus Primas Galliæ & Germaniæ proclamatus eſt. *Hic Carolum Caluum vnxit* (inquit Odoranus Senon. in Chronico) *& Primatum totius Galliæ obtinuit, & ſuperna moderatione ſecundus Papa appellari meruit.* Poſt eius obitum Senonenſis Eccleſia Primatu iſto diù ſatis potita eſt. Nam adhuc vndecimo ſæculo ineunte, hæc prærogatiua in illa ſede viguit. Sic enim legimus in Chronico Antiſſiodorenſi ad ann. 1002. *His diebus dominus Seuinus Senonenſis Archiepiſcopus obijt. Hic Romæ per manum Ioannis Papæ Archiepiſcopale pallium quo anteceſſores eius infulati ſunt, & Primatum Galliæ ſuſcepit.* Eumdem porrò honorem à Silueſtro II. Leotericus huius ſucceſſor adeptus eſt. At verſus an.

Aurelianus Lugdun. Archiepiſcop. prærogatiuā ipſius Anſegiſi Senonēſis Archipræſulis in Synodo Trecēſi, Ioanne VIII. PP. præſidente, omnino apertè cōfeſſus eſt: quia ibi tunc controuerſia (quę ſi mota fuiſſet, facilè tū dijudicari potuiſſet) illū ante ſe paſſus eſt ſedere & ſubſcribere. Etenim poſt Pontificē & Cardinales, Hincmarúmq. Remēſem, qui illis ob Legationis natiuæ honorē proximè adhæſit, prim⁹ omniū qui aderant Metropolitanorū ſedit & ſubſignauit præfatus Anſegiſus Senon. Quē immediatè ſequutus eſt Aurelianus Lugdunēſis. Subinde verò conſederūt atq; cōſcripſerūt, Sigebodus Narbonenſis, Roſtaignus Arelatēſis, Adalardus Turonenſis, Teudericus Veſontionenſis, &c. Extat porro hæc Synodus inter Caroli Calui capitula à Iacobo Sirmūdo collecta, Pariſiiſque edita apud Sebaſt. Cramoiſy anno 1623.

1076. cùm Richerius * Senonenſis Primas, in ſedis Apoſtolicæ auctoritatem nonnulla perpetraſſet. Tum Gebuinus Lugdunenſis Archiepiſcopus, occaſionem benè nactus, facilè obtinuit à Gregorio VII. ſummo Pontifice, ſchiſmaticorum omnium acerrimo repreſſore, Primatum ſuper quatuor Prouincias Galliæ Celticæ. Sic tacitè ſuppreſſo antiquiori Primatu Senonenſis Eccleſiæ, quæ facta eſt (in odium ſui Præſulis) hoc Pontificio reſcripto ſedi Lugdunenſi obnoxia. Sic igitur Archiepiſcopus Lugdunenſis (cuius hic fuit primus conatus) Primatum ſurripuit, hoc expoſito, vt colorem ingereret, quòd anteceſſoribus ſuis dignitas iſta pridem conceſſa fuerat à ſede Apoſtolica; cuius tamen nullum diploma ex ſcrinijs Eccleſiaſticis proferebat: quia ſcilicet nullum ante hoc prodierat, eiuſ-

* Hic Archiepiſcopus Richerius nō ſemel impegit in lapidem offenſionis & ſcādali ob immoderatum zelum tuendæ dignitatis. Vide Iuon. Carnot. Ep. 8. 35. & 50.

Digitized by Google

modi reſcriptum: nam ante Hugonis regis tempora, vt egregiè obſeruauit Belforeſtius, Primatus Eccleſiæ Lugdunenſis nondum inſurrexerat. Cæterùm ſubreptitio hoc edicto, quo Lugdunenſis Archiepiſcopus Gebuinus Primatiam ſuam inſtaurare nitebatur, Senonenſes Præantiſtites morem gerere continuò recuſarunt, ſed ad ſedem Apoſtolicam prouocantes, quòd indicta cauſa, dolóque Lugdunenſis Archipræſulis, Eccleſia Senonenſis antiquo iure ſuo & diù propagato honore, fuiſſet ſpoliata, non ſolùm Lugdunenſi ſubeſſe penitus detrectarunt, ſed & titulum Primatus Galliæ & Germaniæ cum ipſo gradu & officio mordicus retinuerunt, acerriméque huc vſque contra ipſum Lugdunenſem propugnauerunt: vt iure mirandum ſit, quomodo auſus fuerit Seuertius, diſſe-

rens de hoc Gebuini ſtratagemate, ſcribere, *Senonenſes Antiſtites ius ſuum non proſequutos fuiße, ſed illud neglexiſſe : proindéque id ad Lugdunenſes meritò eſſe deuolutum.* Et verò hæc ſunt Primatus Lugdunenſis, qui aſtu Gebuini in Gallia ſuccreuit, perſolida fulcimenta : quæ nonniſi ex Primatiæ Senonenſis diſpendio, imò potiùs excidio, eruuntur, & ipſorum ſedis huius Præſulum torpori innituntur. Nec enim ex iure antiquitatis ſubſiſtunt, cùm nouitatis ipſius & quidem exploratiſſimæ titulo roborentur. Siquidem cùm Seuertius probè ſciret nulla extare Apoſtolica diplomata ante Gregorij VII. Pontificium, quibus conceſſam, aut ſtabilitam fuiſſe Archiepiſcopis Lugdunenſibus Galliæ Celticæ Primatiam, poſſit comprobari : E contrà autem Primatum Senonenſis

Eccleſiæ fuiſſe Apoſtolica conſtitutione inuectum & Synodali approbatione receptum, longo vſu propagatum, antiquitate veneranda ſuffultum: cùm his rationibus facilè deprehenderet Lugdunenſis ſedis. Primatum vehementer concuti & ferè deijci; lepidè ex ipſa nouitate & ſurreptione (ob quas planè reijciendus videbatur eiuſmodi Primatus) elicit & conſtituit, eiuſdem præcipuum fundamentum. *Cùm eminenter*, inquit, *iura poſteriora derogent prioribus, etſi lex poſterior anterioris apertè haud meminerit.* Nec enim meliùs poterat nouæ huius Primatiæ iura tueri, quàm recentiorem eius originem apertiſſimè propalando: Imò diſertè confitendo, Senonenſem Primatum reuera eſſe ipſo iure & vſu anteriorem; Lugdunenſem verò per omnia poſteriorem. Num.73 §.3.

Digitized by Google

Verùm ſi regulis iuris Eccleſiaſtici agendum eſt; *Qui prior eſt tempore, potior etiam eſt iure.* Nec poſteriora iura prioribus derogant, niſi expreſſa facta prioribus in ſcriptis derogatione, aut præuia diſquiſitione iuridica, aut legitima præſcriptione. Porrò in priuilegio Gregoriano, quo Primatia Lugdunenſi ſedi attribuitur, nulla occurrit expreſſa iurium Senonenſis Eccleſiæ derogatio: vnde in eo valet regula illa communis DD. *quòd priuilegiũ ac conceſſio à ſummo Pontifice facta, ſine præiudicio tertij intelligitur effecta. cap. ex tuarum. de auctorit. & vſu pallij.* Præterea nulla præceſſit diſquiſitio iuridica; nam indicta cauſa priuilegium eiuſmodi conceſſum eſt. Ergo nihil poteſt operari in Senonenſis Metropolitæ præiudicium. Etenim nemo eſt puniendus ſine culpa, nec iure

ſubmouendus eſt iam quæſito, ſine graui & rationabili cauſa. Item aliquis locupletari non debet cum alterius iniuria, vel iactura. Neque indultum à iure beneficium eſt alicui auferendum. Cùm conceſſum à Principe ius, fixum & ſtabile deceat permanere. Denique præſcriptio contra ſedem Senonenſem non poteſt allegari: quia contra illam Lugdunenſis nequiuit præſcribere: iuxta regulam: *Poſſeſſor malæ fidei vllo tempore non præſcribit.* Quod enim ab initio nullum fuit, tractu temporis conualeſcere non poteſt. *Non enim firmatur tractu temporis quod de iure ab initio non ſubſiſtit.* Nec nocere poteſt Senonenſi, quod vi & potentia à Lugdunenſi vſurpatum eſt. Satis eſt quòd iuri ſuo Senonenſis nunquam ceſſerit, ſed titulum Primatus ſemper retinuerit, & quoad potuit iura ipſius propu-

Digitized by Google

gnauerit. *Non eſt in mora* (ait regula canonica) *qui poteſt excuſatione legitima ſe tueri.* At verò excuſationem eiuſmodi habet Senonenſis Archiantiſtes: *cùm non potuerit* (vt ſcribit Iuo Carnotenſis Richerio ſæpedictæ ſedis Præſuli) *contra torrentem brachia dirigere.* Enimverò neceſſitate politici regiminis à regibus, ſedi Lugdunenſi ſæpiùs patrocinatum eſt in Senonenſis Eccleſiæ detrimentum. Cùm enim ſe Lugdunẽſis Archiepiſcopus cum Clero & populo, Francorum regum imperio ſubduxiſſet, ínque verba iuraſſet Henrici III. Romanarum Cæſaris, Reges Chriſtianiſſimi diù inſudarunt, vt hunc non minimum liligeri ſui diadematis floſculum, Lugdunenſem ſcilicet ciuitatem & Eccleſiam, quouis modo recuperarent ſuóque, reſtituerent imperio. Id præſtitit tandem

Epiſt. 50.

Digitized by Google

tandem Philippus nomine IV. cognomento Pulcher, qui inita concordia cum Ludouico de Villarijs Archiepiſcopo & Capitulo Lugdunenſi, Lugdunum ad ſceptri Gallici iura reduxit: ſed vt Archipræſuli & Capitulo gratificaretur, ac beneficiorum gratia deuinctos eoſdem in officio in poſterum contineret; non ſolùm Comitatum quem ad ſe pertinere iure acquiſitionis illi aſtruebant, eiſdem confirmauit; ſed & Primatum Eccleſiaſticum eiuſdem ſedis hactenus contentioſum, ſe approbare voluit videri, dum in exarato ſuper memorata reductione diplomate, appellat *Lugdunenſem Eccleſiam, primam regni ſui ſedem*. Nempe honorifica nuncupatione, quæ tantum valet quantum iure reperitur ſuffulta. Nominis enim appellatio ſubſtantiam rei non mutat, *cap. excommunic. §. 1. in prin-*

Vide Choppin. ſacræ politiæ lib. 2. tit. 1. §. 12 & Seuert. n. 102. §. 2.

Datum Pondſaræ 1307. menſe Septemb.

cipio, de hæret. Nec ſola, ius aliquod in re attribuit. Et certè propter hoc Epithetum in literis regijs expreſſum non aucta eſt exinde Archipræſulis Lugdunenſis in hierarchia Eccleſiæ Gallicanæ dignitas, aut potentia. Cùm ſemper alij Primates iura ſua tutati ſint, & Senonenſis maximè, qui prætenſum à Lugdunenſi Præſule Primatum iugiter impugnauit, illiúſque auſibus toto niſu reluctatus eſt. Vnde factum eſt vt vix ipſe Lugdunenſis aliquem fructum Primatiæ ſuæ perceperit vſque ad annum 1426. quo Carolus de Borbonio, Caroli Borbonienſis Aruernenſiſque Ducis ex Agneta Burgunda filius, Centeſimus ſecundus ſedis ipſiuſmet Antiſtes, etiámque S. R. E. Cardinalis, gratia & auctoritate pollens maxima, in Galliæ Regia; (ita vt Carolum VIII. regem de ſacro fonte ſuſce-

Lege Epiſt. Húberti Lug. Archiep. ad Sugerium Abbatem Sãdionyſianũ, apud Robertũ hanc ex C. Thuano referentem in Gall. ſua Chriſtian. vbi de Lugd. Præſul. n. 75.

perit, eíque nomen ſuum indiderit) Contra Ludouicum de Melun Senonenſem Archiepiſcopum per contumaciam impetrauit, vt donec litigium quod inter Eccleſias Lugdunenſem & Senonenſem vertebatur de Primatu fuiſſet canonicè definitum; appellationum iure recipiendarum ex tota Galliæ Celticæ Primatia, ipſe & ſucceſſores potirentur. Verùm malè huic politicæ ſanctioni à ſacris Proceribus obtemperatum eſt. Nam adhuc decimo ſexto ſæculo prolabente, hanc prærogatiuam non potuerat Lugdunenſis ſedis Antiſtes ſibi vſu & actu penitus vendicaſſe. . Etenim verſus ann. 1586. cùm D. Petrus D'Eſpinac Archiepiſcopus Lugdunenſis, ægrè ferret, Primatiæ ſuæ titulum ferè iacere inefficacem, quòd ſcilicet Senonenſis Præantiſtes, nihil illi hactenus voluiſſet ce-

Digitized by Google

dere, litem mouit contra eum apud Senatum, non quidem de ipſius Primatus titulo & iure, ſed duntaxat de appellationum delatione & receptione: ſicque res tunc acta eſt vt fiduciarius ſuperioris iuriſdictionis vſus Lugdunenſi adiudicaretur. At tum Senonenſis Archiepiſcopus, vt Choppinus obſeruat, abſens erat, Romæque agebat: vt videre ſit Lugdunenſem Archiantiſtitem hanc occaſionem cautè arripuiſſe, quæ fulciendi Primatus ſui vndequaque nutantis illi non minimam exhibuit facultatem. Nunquam enim id quod tunc aſſequutus eſt, nactus fuiſſet, ſi præſtò Senonenſis adfuiſſet, qui opere & ſermone potens, Eccleſiæ ſuæ iura imminui nunquam paſſus fuiſſet, ſed illa acerrimè, vt hactenus prædeceſſores ſui fecerant, propugnaſſet. Verùm fiduciaria poſſeſſio, litigium

Lib. 1 de ſacra Politia, titulo 8. ſub § 16.

Digitized by Google

non dirimit: Quapropter & poſt prædictam poſſeſſorij, vt aiunt, adiudicationem, Senonenſes Archipræſules ius & titulum Primatiæ Galliarum & Germaniæ conſeruârũt; ſibique perenni vſu adſcripſerũt & aſſeruerũt. Imò magnus ille & meritiſſimus Cardinalis Perronius, cùm primùm Senonenſis Eccleſię ſolium adeptus fuiſſet, dignitatis ipſius vindicem contra Lugdunenſes ſeſe ſtatim exhibuit, ſcriptíſque doctiſſimis vniuerſo orbi conteſtatus eſt, ad Lugdunenſis Eccleſiæ præſidem, Gallicanæ Eccleſiæ principatum minimè ex iure pertinere: ſed propriè & ex rei æquitate ſpectare ad Senonenſem Præantiſtitem, qui non modò Galliarum, ſed & Germaniæ, longè diù antequam Lugdunenſis Archiepiſcopus, primitiuæ ſedis prærogatiuam ipſius fuiſſet ad ſe traducere, aſſequutus eſt nobi-

liſſimum Primatum, quo & pluri-mis annorum centurijs ſub omnium Galliæ Præſulum oculis potitus eſt; hactenúſque pacificè potiretur, ni Præſulum quorumdam Lugdunenſium ambitio, terminos quos Patres poſuere exturbaſſet, & vi, & arte etiam inſtructa, aliquando contra ius exploratum, præualuiſſet.

Cæterùm hæc omnia commemorauimus, non ſedis Lugdunenſis odio nec Præſulis, ſed tuendæ tantùm veritatis amore. Veneramur etenim plurimùm Lugdunenſem Eccleſiam, quam etiam inter Gal-
S. Bern. Epiſt. 174. licanas fere ab initio inſignem fuiſſe, poſt Primitiuas quas recenſuimus, & Martyrum gloria, & Præſulum ſanctimonia, ac vrbis ipſius nobilitate, inficiari nolumus. Sed hoc nihil obſtat quin vnicuique Eccleſiæ quod ſuum eſt conſeruetur, & quod æquitatis ratio exigit

Digitized by Google

à nobis propugnetur. Sit Metropolitana, Eccleſia Lugdunenſis; ſit etiam inter Gallicanas, vt vna ex præcipuis, inſignis, nemo hoc impugnauerit. Sed quòd Galliarum ſuprema ſit Primatialis ſedes, nullus citra aliarum ſedium primitiuarum iniuriam & veritatis diſpendium, & proinde ſine reatu & labe conſcientiæ, potuerit aſtruere. Etenim quomodo hæc ſedes eſt Primaria, ſeu Patriarchalis vniuerſarum Galliarum, quæ ex ſeptemdecim Metropolitanis ſedibus quibus conſtat Hierarchia Gallicana, tres tantùm ſibi obnoxias eſſe contendit, quarum vix vna eſt vel altera, quæ illius agnoſcat imperium? Quomodo ille Archiep. Primas Primatum cenſendus eſt (qualem eum inſcribere nuper non veritus eſt Seuertius) qui ex ipſo quem promit prærogatiuæ titulo, portionis dunta-

xat exiguæ Galliarum ſe Primatiam obtinuiſſe inſinuat? Quomodo ille, inquam, Galliarum ſupremus Hierarcha habẽdus eſt, cuius vel quantulicunque Primatus titulus hactenus acriter impugnatur? cuius potentia exilis non tam alijs Primatibus exoſa quàm ignota; intra duas tantùm Metropoles recondita deliteſcit, inque aliquot huius & illius ſedis cauſarum iterata cognitione conquieſcit? Sanè ex his quæ dicta ſunt ſuperiori capite palam eſt, in Gallia plures eſſe Primates, ipſo Lugdunenſi longè auguſtiores, qui titulum quem ſibi arrogat Primatus Galliarum flocci-pendunt, ſéque illo maiores & potentiores re ipſa aſtruunt. Quòd ſi quiſque eorum crucem ſublimem in vrbe regia (in qua ſi paſſim omnes concurrũt) vellet (vt ſatagit D. Lugdunenſis) præ ſe ferre, in nobilioris & amplioris

Nota.

ris

tis Primatiæ, quam ſingulariter prætendunt, indicium; nónne ingens inde ſcandalum emergeret, & litium ac iurgiorum acres & perennes motus? Profectò cruces inter ſe concuſſas, veteres crediderunt mala portendere euẽtura. Vnde S. Theodorus Siceota, à Thoma Patriarcha Conſtantinopolim accerſitus, ad declarandum portentum quod in Galatia acciderat, dum in quibuſdam publicis ſupplicationibus, cruces, quæ geſtari ſolent, per ſe vehementer concuſſæ fuerant: id de breui ſequuturis multorum à fide apoſtaſijs atque atrociſſimis Barbarorum incurſionibus interpretatus eſt, vt Theophanes commemorat. Verùm abſit, vt D. Lugdunenſis, tam luctuoſa animarum & corporum, vel inſcius excitet diſpendia, & id genus ſpiritualia excidia, etiam quæ exhorreſcit, ſuper Galliam ad-

De crucibus in ſupplicationibus publicis præferendis meminerunt Sozom. lib. 2. c. 8. hiſt. Socrat. lib. 6. c. 8. Nicephor. lib. 13. c. 8. auctor vitæ S. Chryſoſt. apud Sur. tom. 1. S. Greg. Turon. lib. 9. hiſt. Franc. c. 6. & lib. 1. de miracul. S. Mart. Aymoin. lib. 2. c. 19. Conc. Nanetenſ. quod Iuo recitat p. 2. c 118. Iuſtin. Authent. 123. Theoph. Miſcell. lib. 17.

uocet, hac noua contentione ſua,
qua Crucem contra Crucem exe-
rit : dum in vrbe regia, præſente
Metropolita diœceſano, ornato in-
ſignibus propriæ dignitatis, pro-
deuntéque ipſa cruce præuia, ve-
xillum Dominicum ante ſe præcipit
deportari; vt Primatus ſui iura im-
moderatiùs proroget, & ſuper om-
nes quaſi vniuerſalis Galliæ Patriar-
cha ſe efferat, Archiepiſcopúmque
Pariſienſem in ſuæ ſeruitutis iugum
pertrahat, & in honoris traducat
deliquium, ac propriæ dignitatis
& perſonæ contemptum; imò or-
dinariæ ſacræ poteſtatis (qua vrbi
regiæ ille præſidet) detrimentum.
Abſit, inquam, vt tam malum omen
Dominus Lugdunenſis, feruentio-
ri propagandæ poteſtatis ſuæ zelo,
ſuper nos inducat. Crux ſanè pacis
ſignaculum eſt & ſalutis; ſed ſi pa-
cificè geratur & religioſè adoretur:

Digitized by Google

At verò ſi contentiosè & faſtuosè perferatur, tunc nonniſi ſcandala poteſt & conflictus ciere. Etenim ſi Dominus Lugdunenſis in vrbe regia vult hac prærogatiua clareſcere, non ſolùm Archiepiſcopum Pariſienſem adigit ad tam inſolitis auſibus viriliter reſiſtendum, cùm ſic præcipuo iure & honore is proprio in ſolio expoliandus foret: ſed inſuper omnes aliòs Metropolitas, qui Primatum Lugdunenſem non agnoſcunt, compellit ad ſibi, quaſi ex condicto, canonicè repugnandum. Imò cæteros Primates, qui antiquitate, dignitate, iuriſdictione illo ipſo præſtantiores ſunt, ad ſecum de ſimili prærogatiua decertandum: quod ſanè probroſum & luctuoſum eſſet. Vt igitur Deus Optimus Max. hæc mala pro ſua pietate à Gallicana Eccleſia auertat, quàm deuotè & humiliter exoran-

Digitized by Google

dus eſt. At ne D. ipſe Lugdunenſis neceſſario tuendi Primatus ſui, ſeu propriæ ſedis dignitatis officio, ſeſe dicat vrgeri ad hoc ius (quod prætendit ſibi competere) vindicandum; operæ precium fuerit illi propalare, quæ ſint ipſius Primatus, quem non modò defendit, ſed plus æquo etiam extendit, iura & priuilegia: quia cùm inter hæc prærogatiuam ſublimis crucis paſſim præ ſe ferendæ (quam inpræſentiarum ſibi arrogare conatur) conſtet non poſſe adnumerari, faciliùs ab hac intentione & molimine, cognita rei veritate, ipſe quieſcere poterit & lubentius abſtinere.

Digitized by Google

Cap. XI.

De iuribus Primatus Lugdunenſis. Et an vnum ex ijs ſit, quòd ſublimem crucem Præantiſtes Lugdunenſis poſſit, per totam ſuam Primatiam proficiſcendo, gerere.

CVM Hugo Lugdunenſis Archiepiſcopus, Legationis Apoſtolicæ, quam ei Vrbanus PP. II. commiſerat, abutens poteſtate, ſui Archiepiſcopatus iura plus æquo dilatare pertentaret: querulas ſuper hoc direxit Iuo Carnotenſis ad ipſum Vrbanum litteras, quibus acriter perſtricta eiuſdem Hugonis ambitione, deprecatur ſubinde Pontificem, vt nihil extra ſtatuta & explorata Primatiæ iura liceat ipſi Archiepiſcopo ſibi

Hugo iſte primùm fuit Dieñſis Epiſcopus, poſtmodum tranſlatus in ſedẽ Lugdun. excõmunicatus fuit à Victore PP. III. quòd inuidiâ ſedis Apoſtolicæ ſchiſma feciſſet. Deinde ab Vrbano II. in gratiam receptus, Legationem Apoſtolicã adeptꝰ, celebrato Cõcilio, excõmunicauit cum Henrico Imp. Philippũ etiam Fracorũ Regẽ. Rurſum autẽ ſuſ-

Digitized by Google

attribuere. Ipſum verò Hugonem poſtea idem Iuo commonefaciens de propriæ menſura poteſtatis ſeruanda, hoc S. Gregorij oraculum contra exceſſus ipſius Antiſtitis apposítè & neruosè depromit. *Graue nimis eſt, contra veterem vſum, ſacerdotes ſibi quicquam arripere.* Porrò id Apoſtolicum monimentum, ad eumdem ſcopum, cùm non abſimilis ſubſit cauſa, poſſumus inpræſentiarum referre: maximè cùm agatur de eadem Primatia intra proprios fines, quos ſacri Canones præfixerunt, & vſus firmauit, continenda, vel reſtringenda.

penſus ab Vrbano poſteáq; ſolutus, imperioſè nimis Legatione ſua abuſus eſt, Gallicanámq; Eccleſiam cõiecit in magna diſcrimina. Vide Card. Baron. in annalib. ad ann. 1080. 1087. 1094. 1095. 1099.

Iuo Epiſt. 60.

S. Greg. Maurentio Magiſtro pro Epiſcopis Numidiæ.

Et verò cùm ius aliquod ſit commune vniuerſis Primatibus, ſanè ex communi forma & norma aliorum, Lugdunenſis Præantiſtitis (cuius ex rerum ſtatu habendam rationem cenſemus) dignitas & auctoritas eſt metienda. Etſi autem con-

Digitized by Google

ſtet ex dictis, Primates non eadem habere iura ac priuilegia quæ principales Patriarchæ ſortiuntur, tamen quaſdam præ cæteris Metropolitanis prærogatiuas habent, quibus quaſi ſpecialibus notis enitet distincta ab inferiorum Præſulum cœtu, eorum dignitas in Eccleſia. Ioannes Azorius, ſocietatis Ieſu, inſignis Theologus, in præclaro illo opere quod Inſtitutiones morales inſcripſit, part. 2. cap. 36. hanc proponit quæſtionem: *Quanam iura habeant Primates in Metropolitanos?* hancque ſic diſſoluit. *Reſpondeo; non omnia quæ habent quatuor principales Patriarchæ in ſubditos, ſed aliqua. I. Videlicet cùm ad eos appellatur, cap. Prouinciæ. diſt. 99. II. Item cùm Eccleſia Metropolitana Paſtore vacat, & à Primate petitur, vt de rebus ad Metropolitanum pertinentibus & conſtituendis*

ſtatuat. c. præſenti. de off. Iud. ord. in 6. III. Item cùm conſuetudine, aut priuilegio cauſæ ad ipſum deferuntur, can. conqueſtus. 9. q. 3. IV. Cùm item de re graui & ardua dubitatur, quæ in Concilio prouinciali definiri cõmodè nequit: tunc enim Metropolitanus Primatem conſulit, c. de Concil. diſt. 18. V. Præterea cùm ob Metropolitani negligentiam ad Primatem iure deuolutionis cauſa defertur, c. cùm ſimus. 9. q. 3. VI. Demum cùm aliquis de Metropolitano (iuſtitiam non miniſtrante) *conqueritur. Tunc enim Primatis eſt iudicare. Can. ſi Clericus. 11. quæſt. 1.* Hactenus nobilis ille Theologus. Hæc verò ſunt iura & priuilegia à Primatibus quibuſlibet canonica ſanctione attributa: quæ ſanè inſignia ſunt & multiplicia, vt non minimum ſit decus Primatibus, his prærogatiuis inter Archiepiſcopos præſul-

præfulgere. His igitur debent terminis, quos ſummorum Pontificum & ſacrorum Conciliorum præfixit auctoritas, ſeſe continere. Quandoquidem quidquid præter hæc Priuilegia ratione Primatus ſibi arrogare moliuntur, non iuri ſtatuto innitatur nec æquitati, ſed ex mero ambitu & libidine dominandi proueniat. Familiare fuit Lugdunenſibus Primatibus intra hos fines prorumpere: nam ſæpe ſæpiùs ſibi adſcribere adniſi ſunt iura exorbitantia, Primatúmque ſuum vſque ad ſummi cuiuſdam Pontificij faſtigium frequenter conati ſunt prouehere. At quoties id tentarunt, exploſi fuere à Coëpiſcopis ſuis, & intra propria ſepta properè recluſi. Exceſſuum autem eiuſmodi duo exempla placet hoc loco inſignia ſuggerere, quibus controuerſiæ quæ vertitur inter Archiepiſcopum Lug-

Digitized by Google

dunenſem modernum & Pariſienſem Metropolitam dirimendæ, lux non mediocris affulgeat.

1. Exemplum inſigne. Exceſſus poteſtatis Primatialis per Hugonem Præantiſtitem Lugdunẽſem.

Mortuo Richerio Senonenſi Archiepiſcopo, Dambertus in eius locum à Capitulo Senonenſi canonico ordine è veſtigio electus eſt. Quem cùm Senonenſis Eccleſia ab Iuone Carnotenſi Antiſtite, vt Decano Prouinciæ, vrgeret conſecrari: Interea Hugo Archiepiſcopus Lugdunenſis, qui extraordinaria Apoſtolicæ ſedis in Gallia Legatione fungebatur, ratus ad ſe, ratione Primatus ſui, pertinere, Epiſcopos quoſlibet ſuæ Primatiæ inaugurare, literas ad eundem Iuonem dirigit, quibus contendit ius eiuſmodi ordinationis ſibi propriè competere, præcipítque vt ante conſecrationem Electus ipſe ſibi præſentetur, quatenus ſedi Primatiali Lugdunenſi ſponſionem ſub-

Cùm non potuiſſet viuente Richerio Senonẽſi Archiepiſcopo, Hugo iſte Lugdunẽſis, Eccleſiã Senonenſem ſuo primatui ſubigere: interpõtificij tẽpore, tentauit illã ſubiugare; cùm ſcilicet non eſſet qui fixo pede reſiſteret. Ad hoc

cenſem, aliqua, præter ius Primatis, ſibi etiam vſurpantem: *Primates vel Patriarchas nihil habere priuilegij præ cæteris Epiſcopis, niſi quantum ſacri Canones concedunt, & priſca conſuetudo illis contulit, definimus, ita vt ſecundùm regulas Nicenas ſua priuilegia ſeruentur Eccleſijs.* His igitur inſtructus rationibus & auctoritatibus, Iuo, Lugdunenſis Primatis conamina ſic repreſſit, vt nouum quod ipſe Primas Metropolitis iugum volebat inijcere, planè auerterit, & intra ſepta canonicæ auctoritatis & veteris conſuetudinis Eccleſiæ, iura nouæ Primatiæ Lugdunenſis recluſerit. Cæterùm Cardinalis Baronius factum eiuſmodi Iuonis laudat & approbat, aſſerens præfatum Hugonem Lugdunenſem iura ſuæ Primatiæ immoderatiùs dilatantem, in culpa fuiſſe, & Legatione Apoſtolica,

Digitized by Google

uocet, hac noua contentione ſua, qua Crucem contra Crucem exerit: dum in vrbe regia, præſente Metropolita diœceſano, ornato inſignibus propriæ dignitatis, prodeuntéque ipſa cruce præuia, vexillum Dominicum ante ſe præcipit deportari; vt Primatus ſui iura immoderatiùs proroget, & ſuper omnes quaſi vniuerſalis Galliæ Patriarcha ſe efferat, Archiepiſcopúmque Pariſienſem in ſuæ ſeruitutis iugum pertrahat, & in honoris traducat deliquium, ac propriæ dignitatis & perſonæ contemptum; imò ordinariæ ſacræ poteſtatis (qua vrbi regiæ ille præſidet) detrimentum. Abſit, inquam, vt tam malum omen Dominus Lugdunenſis, feruentiori propagandæ poteſtatis ſuæ zelo, ſuper nos inducat. Crux ſanè pacis ſignaculum eſt & ſalutis; ſed ſi pacificè geratur & religioſè adoretur:

Digitized by Google

At verò ſi contentioſè & faſtuoſè perferatur, tunc nonniſi ſcandala poteſt & conflictus ciere. Etenim ſi Dominus Lugdunenſis in vrbe regia vult hac prærogatiua clareſcere, non ſolùm Archiepiſcopum Pariſienſem adigit ad tam inſolitis auſibus viriliter reſiſtendum, cùm ſic præcipuo iure & honore is proprio in ſolio expoliandus foret: ſed inſuper omnes aliòs Metropolitas, qui Primatum Lugdunenſem non agnoſcunt, compellit ad ſibi, quaſi ex condicto, canonicè repugnandum. Imò cæteros Primates, qui antiquitate, dignitate, iuriſdictione illo ipſo præſtantiores ſunt, ad ſecum de ſimili prærogatiua decertandum: quod ſanè probroſum & luctuoſum eſſet. Vt igitur Deus Optimus Max. hæc mala pro ſua pietate à Gallicana Eccleſia auertat, quàm deuotè & humiliter exoran-

dus eſt. At ne D. ipſe Lugdunenſis neceſſario tuendi Primatus ſui, ſeu propriæ ſedis dignitatis officio, ſeſe dicat vrgeri ad hoc ius (quod prætendit ſibi competere) vindicandum; operæ precium fuerit illi propalare, quæ ſint ipſius Primatus, quem non modò defendit, ſed plus æquo etiam extendit, iura & priuilegia: quia cùm inter hæc prærogatiuam ſublimis crucis paſſim præ ſe ferendæ (quam inpræſentiarum ſibi arrogare conatur) conſtet non poſſe adnumerari, faciliùs ab hac intentione & molimine, cognita rei veritate, ipſe quieſcere poterit & lubentius abſtinere.

Digitized by Google

CAP. XI.

De iuribus Primatus Lugdunenſis. Et an vnum ex ijs ſit, quòd ſublimem crucem Præantiſtes Lugdunenſis poſſit, per totam ſuam Primatiam proficiſcendo, gerere.

CVM Hugo Lugdunenſis Archiepiſcopus, Legationis Apoſtolicæ, quam ei Vrbanus PP. II. commiſerat, abutens poteſtate, ſui Archiepiſcopatus iura plus æquo dilatare pertentaret: querulas ſuper hoc direxit Iuo Carnotenſis ad ipſum Vrbanum litteras, quibus acriter perſtricta eiuſdem Hugonis ambitione, deprecatur ſubinde Pontificem, vt nihil extra ſtatuta & explorata Primatiæ iura liceat ipſi Archiepiſcopo ſibi

Hugo iſte primùm fuit Dienſis Epiſcopus, poſtmodum tranſlatus in ſedē Lugdun. excōmunicatus fuit à Victore PP. III. quòd inuidiâ ſedis Apoſtolicæ ſchiſma feciſſet. Deinde ab Vrbano II. in gratiam receptus, Legationem Apoſtolicā adeptꝰ, celebrato Cōcilio, excōmunicauit cum Henrico Imp. Philippū etiam Frācorū Regē. Rurſum autē ſuſ-

Digitized by Google

attribuere. Ipſum verò Hugonem poſtea idem Iuo commonefaciens de propriæ menſura poteſtatis ſeruanda, hoc S. Gregorij oraculum contra exceſſus ipſius Antiſtitis appoſitè & neruosè depromit. *Graue nimis eſt, contra veterem vſum, ſacerdotes ſibi quicquam arripere.* Porrò id Apoſtolicum monimentum, ad eumdem ſcopum, cùm non abſimilis ſubſit cauſa, poſſumus inpræſentiarum referre: maximè cùm agatur de eadem Primatia intra proprios fines, quos ſacri Canones præfixerunt, & vſus firmauit, continenda, vel reſtringenda.

penſus ab Vrbano poſteáq; ſolutus, imperioſè nimis Legatione ſua abuſus eſt, Gallicanámq; Eccleſiam cõiecit in magna diſcrimina. Vide Card. Baron. in annalib. ad ann. 1080. 1087. 1094. 1095. 1099. Iuo Epiſt. 60. S. Greg. Maurentio Magiſtro pro Epiſcopis Numidiæ.

Et verò cùm ius aliquod ſit commune vniuerſis Primatibus, ſanè ex communi forma & norma aliorum, Lugdunenſis Præantiſtitis (cuius ex rerum ſtatu habendam rationem cenſemus) dignitas & auctoritas eſt metienda. Etſi autem con-

ſtet ex dictis, Primates non eadem habere iura ac priuilegia. quæ principales Patriarchæ ſortiuntur, tamen quaſdam præ cæteris Metropolitanis prærogatiuas habent; quibus quaſi ſpecialibus notis eniteat, diſtincta ab inferiorum Præſulum cœtu, eorum dignitas in Eccleſia. Ioannes Azorius, ſocietatis Ieſu, inſignis Theologus, in præclaro illo opere quod Inſtitutiones morales inſcripſit, part. 2. cap. 36. hanc proponit quæſtionem: *Quanam iura habeant Primates in Metropolitanos?* háncque ſic diſſoluit. *Reſpondeo; non omnia quæ habent quatuor principales Patriarchæ in ſubditos, ſed aliqua. I. Videlicet cùm ad eos appellatur, cap. Prouinciæ. diſt. 99. II. Item cùm Eccleſia Metropolitana Paſtore vacat, & à Primate petitur, vt de rebus ad Metropolitanum pertinentibus & conſtituendis*

ſtatuat. c. præſenti. de off. Iud. ord. in 6. III. Item cùm conſuetudine, aut priuilegio cauſæ ad ipſum deferuntur, can. conqueſtus. 9. q. 3. IV. Cùm item de re graui & ardua dubitatur, quæ in Concilio prouinciali definiri cõmodè nequit: tunc enim Metropolitanus Primatem conſulit, c. de Concil. diſt. 18. V. Præterea cùm ob Metropolitani negligentiam ad Primatem iure deuolutionis cauſa defertur, c. cùm ſimus. 9. q. 3. VI. Demum cùm aliquis de Metropolitano (iuſtitiam non miniſtrante) *conqueritur. Tunc enim Primatis eſt iudicare. Can. ſi Clericus. 11. quæſt. 1.* Hactenus nobilis ille Theologus. Hæc verò ſunt iura & priuilegia à Primatibus quibuſlibet canonica ſanctione attributa: quæ ſanè inſignia ſunt & multiplicia, vt non minimum ſit decus Primatibus, his prærogatiuis inter Archiepiſcopos præful-

præfulgere. His igitur debent terminis, quos ſummorum Pontificum & ſacrorum Conciliorum præfixit auctoritas, ſeſe continere. Quandoquidem quidquid præter hæc Priuilegia ratione Primatus ſibi arrogare moliuntur, non iuri ſtatuto innitatur nec æquitati, ſed ex mero ambitu & libidine dominandi prouenіat. Familiare fuit Lugdunenſibus Primatibus intra hos fines prorumpere : nam ſæpe ſæpiùs ſibi adſcribere adniſi ſunt iura exorbitantia, Primatúmque ſuum vſque ad ſummi cuiuſdam Pontificij faſtigium frequenter conati ſunt prouehere. At quoties id tentarunt, exploſi fuere à Coëpiſcopis ſuis, & intra propria ſepta properè recluſi. Exceſſuum autem eiuſmodi duo exempla placet hoc loco inſignia ſuggerere, quibus controuerſiæ quæ vertitur inter Archiepiſcopum Lug-

Digitized by Google

cenſem; aliqua, præter ius Primatis, ſibi etiam vſurpantem: *Primates vel Patriarchas nihil habere priuilegij præ cæteris Epiſcopis, niſi quantum ſacri Canones concedunt, & priſca conſuetudo illis contulit, definimus, ita vt ſecundùm regulas Nicenas ſua priuilegia ſeruentur Eccleſijs.* His igitur inſtructus rationibus & auctoritatibus, Iuo, Lugdunenſis Primatis conamina ſic repreſſit, vt nouum quod ipſe Primas Metropolitis iugum volebat inijcere, planè auerterit, & intra ſepta canonicæ auctoritatis & veteris conſuetudinis Eccleſiæ, iura nouæ Primatiæ Lugdunenſis recluſerit. Cæterùm Cardinalis Baronius factum eiuſmodi Iuonis laudat & approbat, aſſerens præfatum Hugonem Lugdunenſem iura ſuæ Primatiæ immoderatiùs dilatantem, in culpa fuiſſe, & Legatione Apoſtolica,

Digitized by Google

qua fungebatur, abuſum, hæc nimis audacter, importunè magnóque imperio exegiſſe. *Quia cùm Petri vteretur auctoritate, Petri nihilominus fuiſſet immemor doctrinæ, dicentis, Neque vt dominantes in Cleris, ſed forma facti gregis ex animo.* Adijcítque idem Cardinalis, iura iſta quæ tum ſibi aſtruere Lugdunenſis ipſe Archiepiſcopus adniſus eſt, per illum malè fuiſſe vſurpata, cùm ex priuilegijs conceſſis à Gregorio PP. VII. ſuper quatuor Prouincias, *nihil ampliùs tribuatur ipſi, quàm antiquitus ab alijs Pontificibus conceſſum fuiſſet.* Vnde dolet tam ambitioſo homini, Pontificem vices ſuas in Gallia contuliſſe, cùm miniſter iſte improuidus, ſtatum Gallicanæ Eccleſiæ coniecerit in magna diſcrimina. En quid cenſeat Illuſtriſſ. Cardinalis de præſumptione iſta, quæ tamen vana &

iectionis exhibeat, & obedientiæ perpetuam obſeruantiam profiteatur. At nouis his auſibus egregiè Iuo ſeſe oppoſuit, hæc obſequia contendens præter, imò contra conſuetudinem Eccleſiæ Catholicæ, decretáque ſummorum Pontificũ, (quibus nihil de profeſſione à Metropolitanis Primatibus facienda conſtitueretur) ab Hugone ipſo exigi: quem etiam graui aculeatáque prorſus Epiſtola, de nouitate, de exceſſu, de poteſtatis abuſu, de diſciplinæ Canonicæ violatione, de vana elatione & ſuperba domìnatione, non obſcurè redarguit. *Cùm*, inquit, *ea quæ antiquitas ſanxit, conſuetudo ſeruauit, & venerabiliũ Patrum ſacrata auctoritas firmauit, prout vultis minuitis, aut mutatis, attendere debet prudentia veſtra, quid ſaluti eorum, quibus per omnia prodeſſe debetis, conferatis.* Et plurimis

enim Electi ordinationem ſibi voluit vẽdicare, & ſpõſionem ab ipſo exigere, ne poſtea eumdẽ aduerſarium in Primatu experiretur. At futilis & ridiculus fuit eiuſmodi conatus.

fu ilis fuit: Cùm Gallicani Epiſcopi nihil penitus voluerint Hugoni ratione naſcentis Primatus permittere, præter illa quæ canonico iure erant præfixa, aut conſuetudine Eccleſiaſtica comprobata; vt docet præcitata Iuonis ad ipſum Hugonem Epiſtola, vbi ſub finem hæc legimus. *Nunc verò ſpecialiter ad hoc intendit ſtilus meus* (inquit Iuo) *vt Electum Senonenſis Eccleſiæ, &c. ſecundùm morem antiquum conſecrari permittatis, quia de tantillo iure quod habent Eccleſiæ noſtræ, nec volumus, nec debemus cedere. Cùm B. dicat Cyprianus: Quàm periculoſum ſit in diuinis rebus vt quis cedat iure ſuo & poteſtate, ſcriptura ſacra declarat, cùm Eſau Primatus ſuos inde perdiderit, nec quod ſemel ceſſit, recipere poſtmodum potuerit.* Sic igitur cùm repreſſa fuiſſet fortiter à Gallicanæ Eccleſiæ proceribus Ar-

Sic ſubinſinuat Iuo Senonenſem Eccleſiam vti primogenitã, non debere Lugdunenſi ſeruire, nec illi Primatus iura cedere: etiam dum eſſet vidua.

Digitized by Google

chiepiſcopi Lugdunenſis ambitio, intra iuris communis fines, ſedis ipſius Primatialis auctoritas perſtitit, nec vltra explorata & recepta Primatum priuilegia, quid auctoritatis, aut poteſtatis præfatus Hierarcha hoc nouo molimine aſſequutus eſt.

1. Exemplum notabile.

At non diù poſtea defuncto HVGONE iſto, in eius locum ſuffectus eſt Ioannes nomine primus (quem Iocerannum perperam nonnulli appellitant) Is cùm Primatus ſui amplificandi ſtudio ferueret, occaſionem nactus conuocandi Concilij opportunam, viam nouam inijt, qua ad finem, quem expetebat, compendiò perueniret. Vt enim periclitanti varijs motibus Eccleſiæ, pro ſua parte, conſulere videretur, ſed reuera vt ſummum in Gallia Patriarchatum hoc vno actu ſibi compararet, contra inueſtituras Laicas

Digitized by Google

Laicas Concilium apud Anſam indixit, ad quod omnes Metropolitas & Epiſcopos Primatiæ ſuæ conuocauit, *Primatus ſui*, vt dicebat, *auctoritate.* Licèt autem probè ſciret, id ſibi minimè ex iure Primatus eſſe conceſſum, vt Metropolitas & illorum ſuffraganeos extra prouinciarũ eorumdem limites pertraheret, & ad Synodum eiuſmodi propria auctoritate cogeret: deficiente canonica probatione, ratione niſus eſt, & comparatione perſuadere Epiſcopis, hanc ſe ſibi potuiſſe adſtruere facultatem & auctoritatem exerere. *Quia*, vt dicebat, *ea habitudine qua ſuffraganei ad ſuos Metropolitas ſe habent, eadem ſe Metropolitæ ad ſuos Primates debent habere. Verùm conſtat quoſlibet Metropolitas Prouincialia Concilia intra ſuos fines conuocandi ius obtinere. Eadem igitur ratione Pri-*

Hoc argumēto etiamnum vtitur Domin' Lugdunenſis.

ſtatuat. c. præſenti. de off. Iud. ord. in 6. III. Item cùm conſuetudine, aut priuilegio cauſa ad ipſum deferuntur, can. conqueſtus. 9. q. 3. IV. Cùm item de re graui & ardua dubitatur, quæ in Concilio prouinciali definiri cõmodè nequit: tunc enim Metropolitanus Primatem conſulit, c. de Concil. diſt. 18. V. Præterea cùm ob Metropolitani negligentiam ad Primatem iure deuolutionis cauſa defertur, c. cùm ſimus. 9. q. 3. VI. Demum cùm aliquis de Metropolitano (iuſtitiam non miniſtrante) *conqueritur. Tunc enim Primatis eſt iudicare. Can. ſi Clericus. 11. quæſt. 1.* Hactenus nobilis ille Theologus. Hæc verò ſunt iura & priuilegia à Primatibus quibuſlibet canonica ſanctione attributa: quæ ſanè inſignia ſunt & multiplicia, vt non minimum ſit decus Primatibus, his prærogatiuis inter Archiepiſcopos præſul-

præfulgere. His igitur debent terminis, quos ſummorum Pontificum & ſacrorum Conciliorum præfixit auctoritas, ſeſe continere. Quandoquidem quidquid præter hæc Priuilegia ratione Primatus ſibi arrogare moliuntur, non iuri ſtatuto innitatur nec æquitati, ſed ex mero ambitu & libidine dominandi proueniat. Familiare fuit Lugdunenſibus Primatibus intra hos fines prorumpere: nam ſæpe ſæpiùs ſibi adſcribere adniſi ſunt iura exorbitantia, Primatúmque ſuum vſque ad ſummi cuiuſdam Pontificij faſtigium frequenter conati ſunt prouehere. At quoties id tentarunt, exploſi fuere à Coëpiſcopis ſuis, & intra propria ſepta properè recluſi. Exceſſuum autem eiuſmodi duo exempla placet hoc loco inſignia ſuggerere, quibus controuerſiæ quæ vertitur inter Archiepiſcopum Lug-

Digitized by Google

cenſem; aliqua, præter ius Primatis,ſibi etiam vſurpantem: *Primates vel Patriarchas nihil habere priuilegij præ cæteris Epiſcopis, niſi quantum ſacri Canones concedunt, & priſca conſuetudo illis contulit, definimus, ita vt ſecundùm regulas Nicenas ſua priuilegia ſeruentur Eccleſijs.* His igitur inſtructus rationibus & auctoritatibus, Iuo, Lugdunenſis Primatis conamina ſic repreſſit, vt nouum quod ipſe Primas Metropolitis iugum volebat inijcere, planè auerterit, & intra ſepta canonicæ auctoritatis & veteris conſuetudinis Eccleſiæ, iura nouæ Primatiæ Lugdunenſis recluſerit. Cæterùm Cardinalis Baronius factum eiuſmodi Iuonis laudat & approbat, aſſerens præfatum Hugonem Lugdunenſem iura ſuæ Primatiæ immoderatiùs dilatantem, in culpa fuiſſe, & Legatione Apoſtolica,

Digitized by Google

qua fungebatur, abuſum, hæc nimis audacter, importunè magnóque imperio exegiſſe. *Quia cùm Petri vteretur auctoritate, Petri nihilominus fuiſſet immemor doctrinæ, dicentis, Neque vt dominantes in Cleris, ſed forma facti gregis ex animo.* Adijcítque idem Cardinalis, iura iſta quæ tum ſibi aſtruere Lugdunenſis ipſe Archiepiſcopus adniſus eſt, per illum malè fuiſſe vſurpata, cùm ex priuilegijs conceſſis à Gregorio PP. VII. ſuper quatuor Prouincias, *nihil ampliùs tribuatur ipſi, quàm antiquitus ab alijs Pontificibus conceſſum fuiſſet.* Vnde dolet tam ambitioſo homini, Pontificem vices ſuas in Gallia contuliſſe, cùm miniſter iſte improuidus, ſtatum Gallicanæ Eccleſiæ coniecerit in magna diſcrimina. En quid cenſeat Illuſtriſſ. Cardinalis de præſumptione iſta, quæ tamen vana &
Digitized by Google

iectionis exhibeat, & obedientiæ perpetuam obſeruantiam profiteatur. At nouis his auſibus egregiè Iuo ſeſe oppoſuit, hæc obſequia contendens præter, imò contra conſuetudinem Eccleſiæ Catholicæ, decretáque ſummorum Pontificũ, (quibus nihil de profeſſione à Metropolitanis Primatibus facienda conſtitueretur) ab Hugone ipſo exigi: quem etiam graui aculeatáque prorſus Epiſtola, de nouitate, de exceſſu, de poteſtatis abuſu, de diſciplinæ Canonicæ violatione, de vana elatione & ſuperba domina-tione, non obſcurè redarguit. *Cùm,* inquit, *ea quæ antiquitas ſanxit, conſuetudo ſeruauit, & venerabiliũ Patrum ſacrata auctoritas firmauit, prout vultis minuitis, aut mutatis, attendere debet prudentia veſtra, quid ſaluti eorum, quibus per omnia prodeſſe debetis, conferatis.* Et plurimis

enim Electi ordinationem ſibi voluit vẽdicare, & ſpõſionem ab ipſo exigere, ne poſtea eumdẽ aduerſarium in Primatu experiretur. At futilis & ridiculus fuit eiuſmodi conatus.

fu ilis fuit: Cùm Gallicani Epiſcopi nihil penitus voluerint Hugoni ratione naſcentis Primatus permittere, præter illa quæ canònico iure erant præfixa, aut conſuetudine Eccleſiaſtica comprobata; vt docet præcitata Iuonis ad ipſum Hugonem Epiſtola, vbi ſub finem hæc legimus. *Nunc verò ſpecialiter ad hoc intendit ſtilus meus* (inquit Iuo) *vt Electum Senonenſis Eccleſiæ, &c. ſecundùm morem antiquum conſecrari permittatis, quia de tantillo iure quod habent Eccleſiæ noſtræ, nec volumus, nec debemus cedere. Cùm B. dicat Cyprianus: Quàm periculoſum ſit in diuinis rebus vt quis cedat iure ſuo & poteſtate, ſcriptura ſacra declarat, cùm Eſau Primatus ſuos inde perdiderit, nec quod ſemel ceſſit, recipere poſtmodum potuerit.* Sic igitur cùm repreſſa fuiſſet fortiter à Gallicanæ Eccleſiæ proceribus Ar-

Sic ſubinſinuat Iuo Senonenſem Eccleſiam vti primogenitã, non debere Lugdunenſi ſeruire, nec illi Primatus iura cedere: etiam dum eſſet vidua.

Digitized by Google

chiepiſcopi Lugdunenſis ambitio, intra iuris communis fines, ſedis ipſius Primatialis auctoritas perſtitit, nec vltra explorata & recepta Primatum priuilegia, quid auctoritatis, aut poteſtatis præfatus Hierarcha hoc nouo molimine aſſequutus eſt.

1. Exemplum notabile.

At non diù poſtea defuncto Hvgone iſto, in eius locum ſuffectus eſt Ioannes nomine primus (quem Iocerannum perperam nonnulli appellitant) Is cùm Primatus ſui amplificandi ſtudio ferueret, occaſionem nactus conuocandi Concilij opportunam, viam nouam inijt, qua ad finem, quem expetebat, compendiò perueniret. Vt enim periclitanti varijs motibus Eccleſiæ, pro ſua parte, conſulere videretur, ſed reuera vt ſummum in Gallia Patriarchatum hoc vno actu ſibi compararet, contra inueſtituras Laicas

Laicas Concilium apud Anſam indixit, ad quod omnes Metropolitas & Epiſcopos Primatiæ ſuæ conuocauit, *Primatus ſui*, vt dicebat, *auctoritate.* Licèt autem probè ſciret, id ſibi minimè ex iure Primatus eſſe conceſſum, vt Metropolitas & illorum ſuffraganeos extra prouinciarũ eorumdem limites pertraheret, & ad Synodum eiuſmodi propria auctoritate cogeret: deficiente canonica probatione, ratione niſus eſt, & comparatione perſuadere Epiſcopis, hanc ſe ſibi potuiſſe adſtruere facultatem & auctoritatem exerere. *Quia*, vt dicebat, *ea habitudine qua ſuffraganei ad ſuos Metropolitas ſe habent, eadem ſe Metropolitæ ad ſuos Primates debent habere. Verùm conſtat quoſlibet Metropolitas Prouincialia Concilia intra ſuos fines conuocandi ius obtinere. Eadem igitur ratione Pri-*

Hoc argumē-to etiamnum vtitur Domin' Lugdunenſis

mates generalia Concilia intra propriæ Primatiæ terminos poſſunt colligere, illiſque debent Metropolitæ euocati, vt ſuffraganei, præſtò eſſe. At ratio iſta & comparatio nil aliud effecit apud ſacros Proceres, quàm vt nouæ huic præſumptioni, acri contentione ipſi reſiſterent, ſic etiam vt Synodali exarata & ad Ioannem illum directa Epiſtola, ipſius imperium penitus detrectarent & faſtum retunderent, exploſa, communibus votis grauiſſimiſque rationibus & auctoritatibus, hac ſupremi imperij qua feruebat affectatione. Sic enim ſcribunt ad eundem Ioannem. *Iure Primatus veſtri inuitatis nos ad Concilium, apud Anſam celebrandum, in quo tractare diſpoſuiſtis de fide & inueſtituris Laicorum. Ad quod venire minimè contemnimus, ſed terminos quos poſuerunt Patres noſtri, terminos an-*

Apud Iuon. Ep. 336.

tiquos, tranſgredi formidamus. Nuſquam enim reuerenda patrum ſanxit auctoritas, nuſquam hoc ſeruare conſueuit antiquitas, vt primæ ſedis Epiſcopus, Epiſcopos extra prouinciam ſuam poſitos, inuitaret ad Concilium, niſi hoc, aut Apoſtolica ſedes imperaret, aut vna de Prouincialibus Eccleſijs, pro cauſis quas intra prouinciam terminare non poterat, primæ ſedis audientiam appellaret. Poſtea adducto in medium Canone *conqueſtus eſt*, quo Nicolaus I. Primates ad ſe aliorum Metropolitarum ſubditos euocare vetat, definítque nihil Primates præ cæteris Epiſcopis habere priuilegij, niſi quantum ſacri Canones illis concedunt & priſca conſuetudo attribuit: Subnectunt Epiſcopi antedicti, ſe Ioanni ipſi eos euocanti ad Synodum non poſſe nec debere morem gerere, cùm nec Canone, nec con-

ſuetudine poſſit oſtendere, hanc auctoritatem ſibi fuiſſe conceſſam. *His*, inquiunt, *authoritatibus muniti nolumus Eccleſijs noſtris inauditam nouitatem inducere, vel iura earum antiquitus inſtituta permutare.* Sic igitur & hunc conatum Lugdunenſis Primatis, ſumma doctrina & conſtantia ſua depulerunt, ſacri illi & optimi Antiſtites.

At qui vnus ex eis erat, VVALO PARISIENSIS EPISCOPVS, ſi nunc vigeret viderétque modernũ Antiſtitem Lugdunenſem Ioannis illius ſucceſſorem, non quidem ad ſe in Prouincia ſua propria conſiſtentem, Epiſcopos alterius prouinciæ euocare, ſed in Prouincia alterius Metropolitani, imò in eius ipſa Metropoli, vrbéque regia, longè à ſua ſede remota, Patriarchatus munia velle paſſim obire, & Eccleſiaſtici Principatus ſacræque pote-

Digitized by Google

ſtatis inſignia, putâ crucem ſublimem, vt ſummus Galliæ Hierarcha, ante ſe iubere deferri: Quid quæſo putas ad inſolitos hos exceſſus, ad tam nouam præſumptionẽ, antiquus ille Epiſcopus pro ſuo in ſede Pariſienſi ſucceſſore (iam Metropolitanâ dignitate ampliato) non diceret, non faceret? Nónne cum ſuis illis Coepiſcopis ſapientiſſimis nouiſſimo huic Antiſtiti pro virili reſiſteret, ſicut priſco Archiepiſcopo Ioanni, alio modo, ſed eodem fine, ſui Primatus auctoritatem plus æquo prouehenti, vnanimi tunc conſenſu & vna voce illi ipſi repugnarunt? Nónne diceret, quòd à ſucceſſore ſuo, per ſubſcriptam, quæ adhuc extat, à ſe Epiſtolam, dicendum etiamnum ſuggerit? Nempe ſe Lugdunenſi Archipræſuli, quâ Primas eſt, rependere velle *inſtitutam à Patribus re-*

uerentiam; quam ſcilicet à Metropolitis, Primatibus ſtatuerunt deferendam. Sed inde non ſequi vt Parisienſis Antiſtes patiatur, Eccleſiam ſuam ab ipſo Primate noua & probroſa ſubigi ſeruitute; ſubnecterétque crucis ſublimis geſtationem, in vrbe ipſa Pariſienſi, (id eſt longè extra Prouinciam Lugdunenſem) nouam eſſe D. Lugdunenſis præſumptionem, quæ ſedis Metropolitanæ Pariſienſis proprium ſplendorem imminuat, & Primatus Lugdunenſis decus & imperium, in ſolum alienum, immoderatiùs producat & amplificet. Hanc prærogatiuam diceret non eſſe de iure Primatus, vt conſtat ex eorum deſcriptione præinducta, & ex ipſa Primatiæ Lugdunenſis Bulla inſtauratoria, ſeu confirmatoria, quam Gregorius VII. Gebuino ſedis ipſius Lugdunenſis Archiepiſcopo indul-

ſit; ſed maximè ex reſcripto Apoſtolico, quo Primatus eiuſmodi inſtauratione Metropolitanis Senon. Turon. & Rotomagenſi intimauit. Ex eius enim ſerie liquet, iura quarumlibet Primatiarum (ad quarum formam, expreſſe voluit ipſe Gregorius Pontifex, Lugdunẽſem Hierarchiam componere) hæc eſſe. *I. Vt harum ſedium Antiſtites Primates dicantur, & ipſi ſoli hoc honorifico nomine fruantur. II. Vt Epiſcopi oppreſſi ad illos confugiant. III. Vt grauati ad illos appellent. IV. Vt negotia præcipua Eccleſiaſtica, ſalua auctoritate Sedis Apoſtolicæ, apud ipſos diſcutiantur & terminentur. V. Vt honor & reuerentia à ſummis Pontificibus præfixa, eiſdem exhibeatur.* Quapropter ne aliquando Lugdunenſis Præantiſtes fimbrias ſuas, plus quàm par eſſet, in fratrum præiu-

Digitized by Google

dicium dilataret, honoréſque indebitos exigeret: Sapientiſſimus iuxta ac Beatiſſimus ille Papa, hanc clauſulam ſuæ conſtitutioni attexuit. *Vt hæ prouinciæ condignam obedientiam Lugdunenſi Eccleſiæ exhiberent, & honorem quem Romani Pontifices reddendum eſſe ſcriptis proprijs præfixerant.* Cùm igitur prærogatiua præferendæ Primati vexillariæ crucis vbilibet per Primatiam, inter iura Primatus ab ipſo Pontifice non recenſeatur: & ex Canonibus conſtet Primates nihil habere priuilegij præ cæteris Epiſcopis, niſi quod diſpoſitione canonica, aut antiqua conſuetudine comperitur eiſdem fuiſſe collatum: Hoc verò, duntaxat (quod ſuprà memoratum eſt) illis ipſo iure ſacro & praxi Eccleſiæ, liqueat fuiſſe decretum: Nihil ſanè extra has metas debere ipſum Primatem Lugdunenſem

dunenſem prætendere; Nihil licere ei vltra has leges ſibi præſcriptas præſumere, antiquus ille Epiſcopus conſtanter aſtrueret, vnáque cùm collegis viriliter nouis his aggreſſibus obſiſteret; altéque proteſtaretur, ſe *ſacras auctoritates velle ſeruare*, proindéque nequaquam ſe paſſurum, antiqua inſtituta à Primate Lugdunenſi temerari, & *inauditam* Eccleſiæ ſuæ per eius molimina *induci nouitatem.*

Cap. XII.

Nec ſpeciali priuilegio, nec conſuetudine vlla, Archiepiſcopum Lugdunenſem, prærogatiuam quam prætendit, gerendæ ante ſe peraltæ crucis, per vniuerſam ſuam Primatiam, poſſe confirmare.

SATIS ſupérque hactenus probatum eſt, dignitatem Prima-

Digitized by Google

tialem non eſſe plenariæ auctoritatis, nec abſolutæ poteſtatis: ſed ipſam intra certos fines conſiſtere, qui à ſacris Canonibus (vnde eadē promanauit) vel conſuetudine antiqua & praxi Eccleſiaſtica præſcripti ſunt, quos nuſquam deceat, aut liceat tranſilire. Porrò etiam demonſtratum eſt, prærogatiuam gerendæ ſublimis Crucis, vbilibet per Primatiam, ad Primatem iure ipſius Primatus minimè pertinere, quandoquidem illa, nec Primatum prærogatiuis, aut facultatibus vſquam adnumeretur: nec aliqui ſint in Orbe Primates qui illo ſummi honoris ſignaculo, ipſo ſuæ dignitatis titulo, perfruantur. Cùm igitur Lugdunenſis Præantiſtes ex ipſa Primatiæ ſuæ inſtitutione, & illo dignitatis gradu quem obtinet, hāc prærogatiuam non habeat; Gregoriúſque ſeptimus, Primatiæ Lugdu-

Digitized by Google

nenſis, ſi non inſtaurator, ſaltem reſtaurator, in munifico illo diplomate, quo Primatum ipſum Antiſtiti Lugdunẽſi contulit, ſuper illam & tres alias Prouincias: Etſi Primatus iura ibidem punctuatim recenſuerit, non his tamen peraltæ Crucis vbique in Primatia, ipſi Primati præferendæ, poteſtatem adnumerauerit: ſed potiùs ne vltra præfixos fines, Lugdunẽſis ipſe Præſul aliquãdo prorumpens, hanc Apoſtolici honoris gloriã, aut alia etiam Patriarchalis dignitatis iura & inſignia, ex Primatiæ titulo ſibi vendicare præſumeret: S. Pontifex Apoſtolicis ſuis literis hanc clauſulam appoſuerit. *Vt hæ prouinciæ condignam obedientiam Lugdunenſi Eccleſiæ exhibeant & honorem, quem Romani Pontifices proprijs ſcriptis reddendum præfixerunt.* Cùm, inquam, res ita in ipſo fonte ſe habeant, non debet

Digitized by Google

Archiantiſtes Lugdunenſis ægrè ferre, ſi Pariſienſis Archiepiſcopus anteceſſorum ſuorum & aliorum antiquiorum Galliæ Præſulum Sanctiſſimorum (qui illicitos conatus Lugdunenſium Præantiſtitum ſæpe ſæpiùs repreſſerunt) veſtigia inſequutus, nouis eius exceſſibus & inſolitis auſibus ſeſe opponat : Illíque in ſua vrbe & Prouincia Pariſienſi minimè velit hanc auctoritatem permittere, vt Crucem vexillariam obeundo præ ſe ferat; quandoquidem ex ipſo titulo Primatus, hoc non poſſit D. Lugdunenſis prætendere, nec ex Pontificio diplomate, quo dignitatis illius ſibi collatæ iura deſcripta & præſcripta cernuntur, id honoris ſibi poſſit adſtruere. Cùm è contrà quidquid in ipſis ſacris tabulis non reperitur exaratum, aut priuilegijs ſpecialibus Romanorum Pontificum ex-
Digitized by Google

preſſum, Lugdunenſi ipſi Præantiſtiti, diſtrictè inhibitum & vetitum, ab ipſo Pontifice Max. perhibeatur: vt perſpicuè patet ex ipſa Apoſtolicę ſanctionis ſerie. Ex qua etiã magnus Cardinalis Baronius reprobat ambitum Hugonis Lugdunenſis Archipræſulis, qui contra antiquam conſuetudinem, atque ſancita Patrum decreta, Sanctiſſimorúmque Romanorum Pontificum inſtituta atque præcepta, ius nouum quoddam ſibi arrogare pertentauerat, *cùm*, inquit, *Gregorius Papa nihil* Ad an. 1079. *amplius illi* (& ſucceſſoribus) *tribuiſſet, quàm quod antiquitus ab alijs Romanis Pontificibus eidem fuiſſet conceſſum.*

Et verò ſi Lugdunenſis Archiepiſcopus, quamuis eam auctoritatem & facultatem quam ſibi conciliare ſatagit, non habeat ex iure ipſo Primatus, poſſet confirmare ſe,

Digitized by Google

ipſam adeptum fuiſſe, ſpeciali ſedis Apoſtolicæ beneficio: Priuilegiúmque ſuper hoc (vt cæteri qui alicubi ea prærogatiua potiuntur) depromeret, quo conſtaret, id iuris & honoris ab aliquo ſummo Pontifice, ante vel poſt Gregorianum illud diploma, illi ipſi fuiſſe impertitum: Non eſſet quòd aduerſus eius conatum inſurgeremus, cùm ex iure indubitato, decus eiuſmodi ſibi adſtruere niteretur: (niſi fortè legitima præſcriptio vſum eiuſmodi priuilegij abrogaſſet.) Verùm Lugdunenſis ipſe Præantiſtes, hoc caret præſidio, imò prætenſionis ſuæ vnico fundamento: Cùm nec apicem conceſſionis huius Apoſtolicæ hactenus potuerit exerere, ex qua ius ſuum approbaret. Certè, aut priuilegium habet, aut non habet: ſi habet, profectò debet ad ſedandam, aut conciliandam hanc controuer-

Digitized by Google

ſiam, illud quantocius depromere, iuxta *Can. contra morem. diſt. 100.* quo ſancitum legimus, *illum qui priuilegium allegat, illud debere demonſtrare.* Si non habet, ergo ſine iure vllo hanc prærogatiuam ſibi conatur adſcribere, proindéque iniuſta & illicita vſurpare contendit. At fortè dicet, diploma Apoſtolicum, quo priuilegium eiuſmodi deceſſores ſui à ſuprema ſede adepti ſunt, temporum iniuria deperijſſe, proindéque illud ſe haud quaquam poſſe proferre in cauſæ ſuæ ſubſidium. Sed titulus quamuis exciderit, ex poſſeſſione probatur, vel præſumitur. *Clem. 1. vt lite pendente.* Igitur ſi hunc caſum velit D. Lugdunenſis præſupponere, neceſſariò debet ex vſu & poſſeſſione antiqua, tituli huius veritatem approbare & confirmare. Alias cùm conceſſionis eiuſmodi nullum appareat veſtigiũ,

non poteſt titulum prætexere, nec ex priuilegio ſpeciali, de quo nihil conſtat, prærogatiuam tam inſignẽ exigere. Enimuerò ſi vnquam anteceſſores eius hoc priuilegium à ſummis Eccleſiæ paſtoribus promeriti ſunt; ſi id vnquam habuerunt, ſanè, vel conceſſo beneficio potiti ſunt aliquando, vel eo vti noluerunt, ídque neglexerunt huc vſque. Si primum; oſtendat D. Lugdunenſis, quando & quomodo hanc facultatem ad actum ſui deceſſores perduxerunt. Si poſtremũ; certum eſt, ius nullum hac in re illi ſuppetere, quandoquidem aſſerto eiuſmodi priuilegio ipſi anteceſſores Præantiſtites tacitè renuntiauerint, eo frui nolentes; nam ſic illud cõtẽpſerunt, ideóq; ex ipſo neglectu & non vſu, ius eiuſdẽ priuilegij, quoad vim & effectum, dudum amiſerunt. *Per negligentiam enim ius amittitur.*

Digitized by Google

tur. Cap. ſi & ibi gloſ. fi. de appell. cap. 2. Et negligentia quæ fuit à principio, attribuitur fini & omni conſecutiuo. *cap. cùm in veteri. 52. de Elect. & cap. fi. eod.* Adde quòd ius ſemel amiſſum non renaſcitur, *cap. 2. de renunt.* Proindéque ſi anteriores Lugdunenſes Præſules hoc aſſertum Priuilegium ſemel amiſerunt; illud ſibi non poteſt modernus Antiſtes reuendicare & ad vſum & praxim reuocare.

Verùm omninò exploratũ eſt, Antiſtites Lugdunẽſes nec priuilegium eiuſmodi, vſquam conſecutos fuiſſe, nec illo vnquam eſſe potitos. Si enim hoc aliquãdo decus à ſede Apoſtolica impetraſſent, certè Romana Eccleſia, quæ geſta Pontificũ ſtudiosè deſcripta obſeruat, & decreta, ſtatuta ac diplomata eorumdem religioſè in ſacris archiuis conſeruat, conceſſionis huius memoriam retine-

Digitized by Google

ret, & ex ſinu ſuo, hoc eſt ſynceritatis fonte, veritatis huius monumenta depromeret. At nec in Bullario ſummorum Pontificum, quod ex Scrinijs S. R. ipſius Eccleſiæ, deſumptum eſt, nec in Epiſtolis ipſorum decretalibus, & ſcriptis Eccleſiaſticis ac reſcriptis quæ collecta extant in tomis Conciliorum nec vſpiã alibi, conceſſionis huius Lugdunenſibus factæ à ſummis illis Hierarchis, vlla extat memoria. Idem verò dici poteſt de eiuſdem beneficij vſu & effectu. Nam ſi hanc gratiam à ſede Apoſtolica Lugdunenſes recepiſſent; non ita deſides fuiſſent, vt fructum eiuſdem ſiuiſſent inutiliter excidere. Si verò efficaciter hac facultate per ſeriem vſi fuiſſent: certè vſus ipſe tantæ prærogatiuæ, ob rei grauitatem, exigebat vt publicis monumentis conſignaretur; quò & poſteritati Primatus Lugdu-

nenſis dignitas & auctoritas teſtata fieret, & controuerſijs oppidò occurreretur, quæ ex ſimilium iurium prorogatione ſolent paſſim ſuboriri: Nam pacificæ huius poſſeſſionis certa adſtipulatione, diſſidij & litigij, quæ in dies hac de re emergunt, præciſa fuiſſet omnis occaſio: Et cùm de poſſeſſione conſtitiſſet, de iure & titulo vix mota fuiſſet altercatio. At quòd Lugdunenſes Archipræſules crucem ſublimem ex iure Primatus, aut ex ſpeciali priuilegio, vnquam extra propriam prouinciam, ante ſe deferri fecerint, nullus Chronologus annotat, nullus Hiſtoricus commemorat, nullus omnino ſcriptor ſuo expreſſit calamo. Mira res! quòd tanti ponderis obſeruatio, quam Hiſtoriographi agentes de cæteris primarijs ſedibus, earúmque iuribus, tam ſtudioſè annotant, ſuiſque codicibus inſe-

Digitized by Google

runt; ab omnibus omnino ſuppreſſa fuerit ſilentio, vbi ſermo eſt de Eccleſiæ Lugdunenſis Primatia, & ipſius Primatis dignitate & gloria! Sanè magnus ille Catholicæ Eccleſiæ Annaliſta Baronius, qui de ipſo Primatu Lugdunenſi ſæpiùs ſcripſit ex profeſſo, non tantùm nihil iuris huius, aut praxis, vſpiam commeminit: ſed & producto Gregoriano diplomate quo Primatus eiuſmodi inſtauratus eſt, monet Lectorem: Archiepiſcopum Lugdunenſem nihil iuris habere præter id quod ibi animaduertere licet, ipſi dudum fuiſſe conceſſum: Perſtringitque Lugdunenſes Archipræſules, quoties hos limites aggreſſi ſunt excedere. Tantum abeſt, vt facultate de qua agitur, Lugdunenſes ipſos Antiſtites commemoret aliquando vſos eſſe, cùm nec aliquid iuris illis hac in re deferat. Verùm

Præcipuè ad an. 1079. 1099. 1111.

non tam mirum eſt quòd Baronius hoc priuilegium & vſum eiuſdem ignorauerit, proindéque etiam de ijs ſiluerit; quàm quòd Gallicani ſcriptores & priſci & neoterici penitus de huius prærogatiuæ (quàm ſedi ſuæ annexam prædicat modernus Lugdunenſis Archiepiſcopus) conceſſione & propagatione, poſteritati tradiderint: nuſquam enim annotaſſe reperiuntur, quãdo, à quo & quomodo, hoc decus Apoſtolici honoris, ſedi Lugdunenſi contigerit: nec itidem qui fuerint Antiſtites qui gloriæ huius inſignijs extra propriæ Metropoleos fines viſi ſint aliquando præfulgere, aut niſi ſint tam inſigne poteſtatis ſupremæ ſignaculum, in alterius Metropolitæ (etiam ſibi obnoxij) prouincia gerere & propagare. Certè Seuertius, qui è penu Lugdunenſis Eccleſiæ, Chronologiam hiſtori-

Digitized by Google

cam fuſiſſimam Archiepiſcoporum Lugdunenſium deprompſit, & nuper concinnatam euulgauit, cùm in eo opere totus ſit in Primatu ipſo Lugdunenſi, cum vniuerſis ſuis iuribus, aſtruendo & propugnando, imò etiam amplificando (nam & Antiſtitem Lugdunenſem ad Primatis-Primatum vſque faſtigium euehit:) nihil tamen prorſus de priuilegio, aut praxi Crucis vexillariæ, Archiepiſcopo ipſi per totam Primatiam præportandæ, vſpiam commemorat: proindéque ex hoc ſilentio, neceſſario pluſquam voluntario, manifeſtè inſinuat, Primatem ipſum Lugdunenſem, hanc ex iure prærogatiuam non habere, nec reipſa aliquando illa potitum fuiſſe: vnde ſubſequitur illum Præantiſtitem, qui hodie hanc ſibi conciliare adnititur gloriam, id ſine iure, ſine titulo, ſine vſu, ſine

Digitized by Google

exemplo ſatagere, vel teſte ipſa Lugdunenſi (cui præeſt) Eccleſia, ex cuius monumentis ſua commentaria ipſe Seuertius eiuſdem Eccleſiæ Theologus, vt aſſerit, contexuit. In quibus cùm nihil obſeruatione dignum prætermiſerit: non dubium eſſe poteſt quòd nihil prorſus repererit, quo titulum, aut vſum huius honoris ſuo Archiprimati aſtrueret, aut aſtruendum ſuggereret. Maneat igitur Seuertio hoc, in præmium ſynceritatis & ingenuitatis ſuæ, dignum Elogium, dudum à S. Gregorio enuntiatum. *Ille ſcit rectè dicere, qui & ordinatè nouit tacere.*

Hîc verò, quamuis æquiſſima ratione, poſſemus diſquiſitionis noſtræ terminum ſtatuere, cùm ex dictis & inductis liquidum euadat, nullum omnino ius Archiepiſcopo Lugdunenſi, etiam quâ Primas eſt,

auctoritas, nec antiquæ CONSVETVDINIS vſus, id iuris illi vſpiam attribuat.

Et certè nullum poteſt Canonem deſignare, quo ea ſit illi permiſſa poteſtas; nullum priuilegium poteſt exerere, quo collata ei fuerit eiuſmodi eminentia; nullatenus poteſt conuincere, ex priſca & recepta conſuetudine, hanc ſibi quæſitam & confirmatam fuiſſe à deceſſoribus ſuis facultatem. Profectò admodum perſpicuè inſinuauimus ſuperioribus Capitulis, nullum Canonem hac in re D. Lugdunenſi ſuffragari; nullum etiam priuilegiũ ipſi opitulari, demonſtrauimus. Supereſt igitur vt apertè oſtendamus, CONSVETVDINEM votis eius & conatibus minimè aſtipulari, ſed potiùs ex diametro aduerſari.

Duplex autem cùm ſit *conſuetudo, generalis & particularis*, ſeu

Digitized by Google

localis, D. Lugdunenſis, cùm primùm hanc controuerſiam concitaret, aſſerebat vtramque conſuetudinem pro ſe conſiſtere: Generalem quidem, quia omnes quotquot ſunt in Orbe Christiano Primates, ſimili prærogatiua perfruerentur. Particularem verò, eo quòd longo vſu, ſine contentione, ſed pacifica poſſeſſione, prædeceſſores ſuos hoc iure & honore potitos fuiſſe, per ſeriem continuam, in vniuerſa Primatia ſua; & maximè in ipſa vrbe regia, his inſignibus claruiſſe, res eſſet omnino explorata. At cum bona tanti Præſulis venia dixerim, nullum poteſt ex conſuetudine, vel generali, vel particulari, cauſæ ſuæ comparare ſubſidium. Quandoquidem generalis conſuetudo, quam ex forma aliorum Primatum elicit, directè contra illum faciat. Etenim ex dictis capp. 6. 7. 8. & 9. conſtat

Digitized by Google

nullum eſſe in orbe Primatem, qui ex iure ipſo Primatus, aut vigore, antiquæ duntaxat conſuetudinis, Crucis vexillum ante ſe extra fines propriæ Metropolis faciat deferre: Cùm ſi qui hac prærogatiua in alieno ſolo eniteant, ſpeciali priuilegio eam ſeſe adeptos eſſe profiteantur. Quamuis nulli ſint qui hoc ius, ſibi etiam hoc titulo aſtruentes, aduerſarios & contradictores permultos non patiantur. Nonnulli ſint verò qui quamuis authentica, hac de re, priuilegia & diplomata habeant, olímque etiam hoc ipſo iure vſi ſint, tamen pertæſi iurgiorum & ſcandalorum quæ inde paſſim emergebant, vel etiam vi & potentia contradicentium repreſſi, aut etiam rerum ciuilium immutatione, ac temporum ipſorum malitia, iure ſuo depulſi, hanc ampliùs, vel nolunt, vel nequeunt

Digitized by Google

exercere facultatem. Sunt profe-
ctò nonnulli, quos recenſuimus,
nobiliſſimi Primates in Gallia, qui
hac eminentia non ampliùs incla-
reſcunt: cùm tamen eis eximia pri-
uilegia ſuffragentur. Nihil de Re-
menſi opus eſt repetere, qui digni-
tate natiuæ Legationis Apoſtolicæ
illuſtris, hoc ipſo nomine ſibi ven-
dicare poſſet eiuſmodi prærogatiuæ
conſortium. Certè conſtat Bituri-
cenſem Patriarcham (quem pri-
mùm poſt quatuor antiquos Patri-
archas, habendum eſſe docet Car-
dinal. Alexand. *in cap. definimus.
diſt. 22.*) peculiari priuilegio hoc
ius ab Eugenio III. adeptum eſſe,
vt per vtramque Aquitaniam, qui
titulo Primatus præeminet, Cru-
cem ſublimem ante ſe faciat vbi-
cumque proficiſcitur deportare:
(qua etiam auctoritate olim non ſe-
mel ipſum fuiſſe vſum, commemi-

Digitized by Google

nimus demōſtraſse.) Et tamen hanc praxim iam dudum exoleuiſſe, hócque ius quoad actum & effectum pridem ipſum Bituricenſem amiſiſſe, etiam eodem loco, nos apertè indicaſſe recolimus. Nullus igitur eſt in Gallia Primas, vel Patriarcha, qui Archiantiſtiti Lugdunenſi, Galliæ Celticæ Primati, ſuo exemplo patrocinetur: Imò nec in Orbe Chriſtiano vllus eſt Præantiſtes, qui iure ſuo illi aliquatenus hac in re opituletur: quandoquidem palam ſit ex prænarratis, nullum omnino reperiendum eſſe Archipręſulem qui vel Primatus ſui ratione, vel vi cōſuetudinis, hac hodie pręrogatiua eniteat. Conſuetudo igitur *generalis* contra ipſum Dominum Lugdunenſem facit: cùm praxis ipſa, in Orbe recepta, hæc ſit, vt nullus Primas, ipſo Primatiæ ſuæ iure, vel priſcæ etiam ſolius conſuetudinis

Digitized by Google

vigore, hoc Apoſtolici honoris ſplendore alijs Præſulibus præfulgeat. Etenim quotquot eiuſmodi eminentiam prætendunt, non alijs præſidijs hanc ſibi conciliare adnituntur, quàm peculiari diplomate Pontificio, & expreſſa conceſſione Apoſtolica; quam quidem vt pauci ſunt qui habeant, illi tamen qui eiuſdem auctoritate ſuffulciuntur, vix potuerunt hactenus, pacificè ipſius effectu perfrui, aut vim & efficaciam huc vſque conſeruare.

Porrò quòd ad *particularem* conſuetudinem pertinet, poſſumus dicere Domino Lugdunenſi, quod Iuo Carnotenſis olim intulit Hugoni eius prædeceſſori, iura noua Primatus vſurpanti: nempe illum exigere, *quod hactenus nec in Senonenſi prouincia* (è qua Metropolis Pariſienſis extracta eſt) *nec in alijs prouincijs* (maximè Gallicanis) *an-*

Ep. 60.

tiquitas inſtituit, nec conſuetudo ſeruauit. Nam quòd Lugdunenſes Antiſtites aliquando in Prouincia Pariſienſi, crucem erectam ante ſe fecerint geſtari, res eſt prorſus remota ab hominum memoria. Vt iure poſſimus aſtruere, id quod nunc Dominus Lugdunenſis prætextu conſuetudinis exigit, *id eſſe quod huc vſque nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis* (niſi ipſius ſolius) *aſcendit.*

Verùm cùm primùm hæc diſſenſio (eiuſmodi nouæ prætentionis occaſione) inter eum & Pariſienſem Archiepiſcopum ſuborta eſt; eáque de qua agitur materia, ad inueſtigandam concordiam, apud Illuſtriſſimos Cardinales & Reuerendiſſimos Præſules verſaretur: Archiepiſcopi Pariſienſis tum lectulo præ infirmitate decumbentis adminiſtri, vt nouitatem huius inſultus

propalarent; inſtantiùs poſtularunt, vt ſi Dominus Lugdunenſis antiquum priuilegium Apoſtolicum haberet, id exereret; aut ſi conſuetudine duntaxat vellet inniti, exempla deſtinaret quibus approbaretur hac prærogatiua deceſſores ſuos vſos eſſe, & his quæ nunc in vrbe regia vult geſtare, ſacræ poteſtatis inſignibus, ibidem, anterioribus temporibus, inſtructos & ornatos, claruiſſe. At primæ interpellationi, ſuo Dominus Lugdunenſis ſatisfecit ſilentio; priuilegiũ etenim nullum exhibuit: ſicque ſe hoc præſidio deſtitui, ſatis apertè intimauit, (titulum enim Primatus, quem perpetuò iactitabat, probauimus clariſſimè, nihil iuris, quantum ad hoc decus, illi ex ſe adſcribere.) Igitur poſteriori poſtulationi noſtræ, idem Dominus Lugdunenſis ſic reſpondit, vt conſuetudinem ipſam

ipſam fixam & certam eſſe, ex perenni vſu contenderet: At cùm magis vrgeretur exempla, vel aliquot ſpecialia huius vſus & praxis depromere, vix vnum potuit excogitare, quod proferret in medium. Vnum tamen ſolúmque ſuper hac conſuetudine tandem aſſignauit, quo aſſertionem ſuam generalem, qualitercumque confirmaret. Dicebat igitur, hoc ius quod deceſſor ſuus immediatus habuerat, in ſe transfuſum fuiſſe. Porrò certum eſſe ſubnectebat ipſum ſuum anteceſſorem Pariſijs hoc apparatu inſignitũ, die ſolemni, auguſto loco, celebri cœtu, enituiſſe: quandoquidem die Natali Beatiſſimæ Dei genitricis, in S. Martyris Euſtachij templo, omnium parochialium ampliſſimo, idem Lugdunenſis Antiſtes (nuper humana ſorte exemptus) matutinis & veſpertinis officijs, dum inter-

eſſet, vexillarem crucem, Primatialis poteſtatis præcipuum inſigne, ſibi iuſſerit & fecerit, nemine contradicente, præportari. Idem igitur ſibi inferebat licere; *ſuccedens enim in locum alterius vtitur iure ipſius. gloſ. 1. in cap. 34. de præbendis.* At nos iuris (ſi quod deceſſori inhæſiſſet) in ſucceſſorem, deriuationem non negamus: ſed ad rei geſtæ, duntaxat, prouocamus veritatem; qua conſtat id iuris antedictum prædeceſſorem, numquam ſibi tribuiſſe, & hoc ipſum quod peregiſſe narratur, nuſquam fuiſſe aggreſſum. Siquidem res prorſus ita ſe habuit. Illuſtriſſimus Dominus de Marquemont Præantiſtes Lugdunẽſis, cùm eſſet parochiæ S. Euſtachij alumnus, intráque eius ambitum (dum ageret Pariſijs) in domo ſcilicet paterna habitaret; deuotione affectus erga ipſam Eccleſiam, quæ illum in

Digitized by Google

Chriſto genuerat, per Rectorem eiuſdem Eccleſiæ efflagitauit ab Illuſtriſſ. Cardinali Retzio, tum Pariſienſi Epiſcopo, vt poſſet in Pontificalibus diuina officia die Natali Beatiſſimæ Virginis, tum proxima, in ipſa Eccleſia S. Euſtachij celebrare, & ibidem ante veſperas ordinariam habere concionem. Cui piæ petitioni cùm Illuſtriſſ. Cardinalis benignè aſſenſum præbuiſſet; Reuerendiſſ. Primas ſubinde eumdem rogauit, vt Pontificalia quoque ornamenta vellet ſibi accommodare, quandoquidem ipſe iam in procinctu poſitus abeundi, apparatum ſuum Pontificium Lugdunum remiſiſſet. Gratanter etiam id officij præſtitit Illuſtriſſimus Cardinalis ipſi Domino Præantiſtiti, qui deſignata die, eo ipſo apparatu ſacra myſteria in præfata Eccleſia operatus eſt, quo (ex more) ipſe Domi-

Digitized by Google

nus Cardinalis, Epiſcopali fungens officio vtebatur. Nempe Pontificijs iiſdem veſtibus & ipſiſmet inſignibus; Mitra ſcilicet ſimplici, & virga paſtorali: At verò ſine pallio, ſine Cruce, quæ ſuperioris ſunt dignitatis (Archiepiſcopalis videlicet) genuina inſignia. Et quidem ea ſic geſta fuiſſe, teſtes innumeri adhuc ſuperſtites aſſeuerant, qui non dubitarent, id etiam præſtito iuramento confirmare: ſed hoc examine minimè opus eſt, cùm habeamus hac de re longè præſtantius quàm populare teſtimonium, nempe atteſtationem Rectoris eiuſdem Eccleſiæ, Domini Tonnellier inſignis Doctoris Theologi (qui non modò rei geſtæ interfuit, ſed eam quoque ab initio promouit, & cùm fieret, omnia quæ tum contigerunt diligenter obſeruauit) cum ſacerdotum vnanimi aſtipulatione, qui tum di-

Digitized by Google

uina officia decantarunt, imò Diaconi & ſubdiaconi qui Illuſtriſſ. ipſi Primati ad altare ſolemniter miniſtrarunt. Hanc igitur ab ipſo Domino parocho nobis traditam, hîc in ſubſidium veritatis neceſſe duximus ſubijcere.

Ego Stephanus Tonnellier preſbyter, Doctor Theologus, Eccleſiæ parochialis S. Euſtachij Pariſienſis Rector; Certum facio omnibus quorum intereſſe poterit: Quòd anno Domini milleſimo ſexcenteſimo decimo nono, die octaua Septembris, in feſto Natiuitatis Beatiſſimæ Dei genitricis, Reuerendiſſimus Dominus D. Dionyſius de Marquemont, tum Archiepiſcopus & Primas Lugdunenſis, de expreſſa Illuſtriſſimi & Reuerendiſſ. Domini D. Henrici de Gondi tunc Pariſienſis Epiſcopi, necnon S. R. E. preſbyteri Cardinalis, licentia & permiſſione; ſanctiſſimum Miſſæ ſa-

crificium in Pontificalibus celebrauit. Quòdque dum ſacro hoc munere fungeretur, non alijs ornamentis vſus fuerit, quàm ijs ipſis, quæ ad hunc effectum, eidem D. Primati, à præfato Domino Pariſienſi Antiſtite, accommodata fuerunt, nimirum ſacris Epiſcopalibus veſtimentis, & ordinarijs Præſulum inſignibus, mitra ſcilicet Pontificia & annulo ac pedo paſtorali. Minimè verò pallio Archiepiſcopali, nec vexillari cruce præerecta. Hæcque ita certa eſſe & vera atteſtor, vt non modò populi numeroſiſſimi ſacræ ipſi actioni aſsiſtentis, vnanimi voce, poſsint, ſi opus ſit, comprobari; ſed totius inſuper chori ſacerdotalis eiuſdem Eccleſiæ conſona adſtipulatione confirmari. Quandoquidem illi ipſi ſacerdotes, qui ſub eodem Domino Primate ſacra officia decantarunt, necnon illi qui ipſimet in illa diuina myſteriorum actione

Digitized by Google

(qua ſemel in dicta Eccleſia perfunctus eſt) miniſtrarunt, aut qui tunc aliquo modo, eidem, in ſacris, obſequuti ſunt, id ipſum communibus ſuffragijs atteſtantur. Qui & inſuper mecum obſeruaſſe recordantur, quòd cùm pia & venerandæ memoriæ antedictus Præantiſtes, ad ſuggeſtum, pro edenda concione, quam ipſa die habuit in præfata Eccleſia, procederet; nec crux peralta, nec virga paſtoralis fuerit illi præportata: ſed quòd ſolo apparatu quo paſsim in hac vrbe regia concionaturi Epiſcopi ornati conſpiciuntur, nempe Rocheto, capucio violaceo demiſſo, pectorali cruce, annulo Pontificio & bireto vulgari, idem Dominus Archiepiſcopus inſtructus & ornatus, ambonem conſcenderit, & ſic Euangelicum digniſsimè expleuerit officium. In cuius veritatis teſtimonium præſentem ſcedulam exaraui, & mea

Idipſum quod in hac atteſtatione continatur ijdemque ipſimet D Paſtor & Parochiales Preſbyteri præſtito etiam iuramēto coram Domino le Blanc Officiali Pariſienſi cōfirmarunt hoc eodē menſe & anno.

pali, ſacris tunc muneribus (& quidem de licentia D. Epiſcopi Pariſienſis) fuiſſe perfunctum: nec vlla ſuperioris dignitatis, tum geſtaſſe inſignia: cùm pallium non pertulerit, nec Crucem ſublimem ſibi anteferri fecerit.

Sed vt demus ita factum eſſe, vt D. Lugdunenſis inſinuat: Quid inde? Anne vnica actio ius ſtatuit, aut conſuetudinem antiquam facit, aut arguit, aut ſupponit? Minimè ſanè. Nam diſpoſitio canonica contrarium prorſus innuit. Etenim paſſim in ſacris decretis legimus, *ſolas vices non inducere conſuetudinem, quia non exemplis, ſed legibus iudicandum eſt. gloſ. legitimè. in cap. cùm venerab.* & ratio eſt deſumpta ex ipſius conſuetudinis origine: ſiquidem *conſuetudo trahit originem ab vſu longæuo. Can. Conſuetud. d. 11. & vt vim habeat, neceſſe eſt vt eiuſ-*

Kk

modi vſus memoriam hominum excedat. gloſ. præcitat. Nec tamen hoc ſufficit, ſed requiritur vt ſit introducta *ex tacita voluntate, eius cui præiudicat, & quòd ſit præſcripta. gloſ. de conſuetud. in cap. cùm Eccleſia. De cauſa poſſeſs.* Atqui hîc nec tacitus conſenſus notari poteſt (cùm id quod nunc præſumitur nunquam tentatum fuerit, proindéque minimè vnquam toleratum.) Nec præſcriptio allegari. *præſcriptio enim præſupponit poſſeſsionem pacificam*, qualis hoc in caſu non præceſſit. *Gloſ. pacifica. in c. fi. §. ideo, de off. Archid.* Imò *ex conſuetudine ſola, licèt præſcripta, nunquam ius aliquod dicitur acquiſitum, gloſ. 2. in Can. ſeruit. 18. q. 2.* Quandoquidem ad conſuetudinem inducendā, non ſolus vſus longęuus ſufficiat. Etenim ad legitimam conſuetudinem ſtatuendam duo requiruntur, nimi-

Digitized by Google

rum diuturnitas & ratio: *debet enim eſſe longa & rationabilis. Can. Conſuet. d. 12.* Verùm eiuſmodi conſuetudinis, quam obtendit D. Lugdunenſis, nulla eſt *diuturnitas*, cùm non poſſit ipſe indicare, quando ipſa viguerit : nec *ratio* ; etenim ipſa potiùs eſt irrationabilis, quia grauamen & onus inducit. Porro *conſuetudo inferens grauamen Eccleſiis, non eſt tenenda ſed tollenda, Cap. 1. de Conſuetudine.*

Adde quòd conſuetudo non inducitur, *per actus meræ facultatis, etiam quouis tempore continuatos. gloſ. 3. in cap. abbate. 25. de verbor. ſignif.* Vnde etiamſi Dominus Lugdunenſis poſſet demonſtrare, ſuos deceſſores crucis vexillo, ſibi obeuntibus prærecto, Pariſijs frequentiùs præfulſiſſe : nihil tamen inde conſequeretur, quo conſuetudinem quam prætẽdit approbaret: Etenim

Archiepiſcopus Pariſienſis, iure reſpondere poſſet; Id factitatum fuiſſe ab illis Præſulibus, non ex approbatæ longo vſu conſuetudinis vigore, ſed ex mera anteceſſorum ſuorum (penes quos in vrbe erat ſacra poteſtas) licentia & permiſſione. At nec vlla ſuppetunt huius frequentationis, nec vnius duntaxat eiuſmodi actionis exempla.

Præterea *conſuetudinis alicuius obtentu non debet quis venire contra Sanctorum Patrum conſtitutiones. cap. cùm ſatis. de off. archidiaconi.* Verùm ea eſt Gregorij Papæ ſeptimi expreſſa conſtitutio: Vt Archiepiſcopus Lugdunenſis, prætextu ſui Primatus nihil ſibi arrogare præſumat, niſi id quod ſacris ſummorum Pontificum codicillis, illi indultum & præfixum eſt. Sed facultas geſtandi ante ſe peraltam crucem, per vniuerſam Galliam

Celticam, nullo ſummorum Pontificum diplomate, fuit illi attributa. Ergo non debet id præſumere ex ipſa, quam ſupponit, conſuetudine; etſi concederemus quòd aliquando vſus eiuſmodi inualuiſſet.

Inſuper *conſuetudo, quòd Archiantiſtes extra ſuam Prouinciam pallio vtatur, non valet, & potiùs corruptela quàm conſuetudo eſt dicenda. Cap. ex tuar. de auctoritate & vſu pallij.* Etſi igitur oſtendi poſſet, quòd Lugdunenſes Archipræſules, ſublimem crucem extra propriam prouinciam paſſim ante ſe deferri feciſſent, hoc tamen non poſſet legitimam cõſuetudinem ſtabilire: quia cõtra ius expreſſum hoc eſſet præſumptum. Etenim Crucis ſublimis geſtatio, ſicut & pallij vſus, non poteſt ex iuris præſcripto, extra ſtatutos limites propagari.

Nec ſufficit reſpondere, Primates quando Crucem ſublimem præ ſe ferunt, per loca Primatiæ ſuæ obnoxia, ſuos fines haud excedere. Suprà enim (cap. 3. ſcilicet) demonſtratum eſt, Primates ipſos vſum Crucis ſublimis ante ſe gerendæ non habere ex dignitate Primatus, ſed ex honore Metropolitanæ prærogatiuæ & Archiepiſcopalis officij ratione. Igitur ſicut iure non poſſunt Primates pallium extra prouinciam ſuam perferre: Ita nec crucem vexillariam ante ſe extra hos fines erigere: quandoquidem & Crux eiuſmodi & pallium vnius eiuſdémque dignitatis (nempe Archiepiſcopalis) ſunt ſignacula. Nam Primas, hoc ipſo nomine, nulla habet, vt præmonſtratum eſt, propria dignitatis eiuſmodi inſignia.

Denique *conſuetudinis authori-*

Digitized by Google

tate non debet quis vſurpare licentiam delinquendi (nec conſequenter alios ad delinquendum impellendi) *cap. inter dilectos. 11. de exceſſ. Prælator.* Igitur quamuis hæc conſuetudo aliquando viguiſſet; non deberet tamen D. Lugdunenſis Antiſtes eam diutius prorogare nec tueri, cùm eius vſus ſit noxius: nam Eccleſijs & Præſulibus præjudicium irrogat, ſubindéque odia incitat & ſcandala, maláque innumera. Vnde ſequitur quòd è veſtigio propellenda ſit. *Conſuetudo enim eſt praua, & ideo abijcienda, quæ à radice cupiditatis procedit, & decorem Eccleſiaſticæ honeſtatis ac pacis ordinem confundit. Cap. 3. de Magiſtris.* Hector Boethius lib. 9. hiſtoriæ Scotorum ſcribit; Conuallum regem Scotiæ quocumque iret argenteam crucem antecedere conſueuiſſe, cum hac inſcriptione, *Chri-*

Digitized by Google

ſtianorum gloria. Quam,priuſquam equum aſcenderet, oſculari, & vnà cum comitibus adorare ſolebat. Hæc igitur conſuetudo, ex radice emanabat pietatis. At conſuetudo illa, non quæ olim extitit, ſed quam inducere contendit Dominus Lugdunenſis Præantiſtes, longè ab alio principio manat: ſi enim expetierimus ab ipſo D. Archipræſule, cur ſublimem crucem ante ſe, extra creditam ſibi prouinciam, gerere, & in ipſa vrbe regia, id eſt, in mundi theatro, ſibi ſtudeat, & tanto æſtu vrgeat, deferri; nónne mox reſpondebit quod iam ſæpeſæpius teſtatus eſt? *Se id exigere & contendere, ad Primatum ſuum ſignificandum, &*, vt ait, *propugnandùm.* Quo tamen modo cùm deceſſores ſui, vt ex dictis colligere eſt, ipſam ſuam dignitatem nunquam aſtruxerint, nunquam propagarint:

Digitized by Google

garint:(mos enim iſte nuſquam apud illos inualuit:) nónne ſatis perſpicuũ eſt, hunc nouum conatum ex radice non pietatis, ſed (ſi liceret dicere) propriæ elationis procedere, cùm crux publicè gerenda in vrbe regia non appetatur ad cultum Crucifixo, ſub omnium oculis, deuotè exhibendum: ſed ad Primatum oſtentandum, & ſibi ſuper omnes Hierarchas Gallicanos, more ſummi Patriarchæ Galliarum, decus & imperium vendicandum, indicandum, & ſtabiliendum?

Cæterùm ex hoc capitulo facile eſt deprehendere, D. Primatem Lugdunenſem, nec priuilegio ſpeciali niti, nec conſuetudine generali, aut particulari iuuari, in ea quam affectat prærogatiua aſtruenda, aut aſſequenda, proindéque iure ipſo omnino deſtitui. Etenim quale ius poſſet illi hac in re ſuppe-

Digitized by Google

tere, cùm ipſe nec Primatus titulo, nec conceſſione, nec more, nec vſu, nec exemplo, intentionem ſuam poſſit fulcire, aut cauſam hanc propugnare & tueri?

Cap. XIII.

Nulla penitus ratione, Archiantiſtitem Lugdunenſem poſſe aſtruere, illam quam conciliare ſibi adnititur facultatem: ſed multas, adeóque graues, occurrere rationes, quæ illum ab hac intentione auertere debeant. Maximè cùm id ipſum quod exigit, illum affectare, nec liceat, nec deceat.

NVLLA ſanè, vt ex dictis patet, eſt ratio qua D. Lugdunẽſis prærogatiuam quam ſibi conciliare nititur, poſſit aſtruere, aut confirmare, ſed multæ,

& graues ſunt profectò cauſæ & rationes quibus ab huius prætenſionis proſequutione deſiſtere, & quidem ſponte, debeat. Prima eſt *ipſe Iuris defectus*, qui ex ſerie totius huius opuſculi ſic manifeſtiſſimè innoteſcit, vt non obſcurum eſſe poſſit, iuſtitiam ipſam nouis his eius auſibus penitus refragari; æquitatem verò quæ iuſti legalis directio eſt, longè ab eiuſmodi conatu ſuo abeſſe. Hortatur autem affatim fideles Apoſtolus, vt nihil contra æquitatem & pacem vnquã moliantur, ſed iuri potiùs ſuo cedant quàm alienum vſurpent. *Si qua ergo conſolatio eſt in Chriſto* (inquit) *ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas Spiritus; Implete gaudium meum, vt idem ſapiatis vnanimes, id ipſum ſentientes. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperiores ſibi*

Boet. in Topic. lect. 3.

Philipp. 2. 1.

Digitized by Google

inuicem arbitrantes, non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed quæ aliorum. At præcipuè admonet ipſorum fidelium duces, Eccleſiarum Præſides, ne litibus ſerendis proni ſint, ſed paci colendæ & aſſerendæ. *Seruum enim Dei non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes.* Vnde etiam exigit in dotibus Epiſcopi, vt nec cupidus ſit, nec litigioſus, nec ſuperbus; ſed ſobrius, benignus, ſanctus & iuſtus. Porrò Iuſtitia, quæ mater eſt innocentiæ, pietatis, amicitiæ, concordiæ; eſt habitus, per quem iuſtorum operationes fiunt, & per quem res tantùm iuſtas agunt & volunt. Quapropter hanc virtutem, maximè in Pontifice, Apoſtolus efflagitat, qua non modò innocentiam ſeruet, ſed etiam dum quæ iuſta ſunt exequitur, ab iniuſtis prorſus abſtineat. Hinc ſacri Canones prouidè ſtatue-

2. Timoth. 2. 24.

Ariſtot. lib. 5. Ethic.

Digitized by Google

runt, ne Epiſcopus litibus iniquis incumbat, nec iura inconceſſa vſurpet, nec aliena peruadat, ne præiudicium cuiquam, vel iniuriam inferat. Quinimo ne in eiuſmodi exceſſus Antiſtes quiſpiam aliquando abreperetur, ſacroſancta Eccleſia conſcientiæ eius integritati, ſic voluit conſulere, vt nec iura illum perſequi voluerit dubia. Sic enim in ſacris decretis legimus. *De iure ſuo proprio quod tangit perſonam ſuam ſi Prælatus diffidat, debet dimittere rem quam tenet. De iure verò Eccleſiæ ſuæ, ſi Prælatus diffidat, non debet conſtituere alium defenſorem, nomine Eccleſiæ: ſed debet, communicato conſilio capituli, derelinquere illam rem, vel liti cedere: Et ſi capitulum nolit conſentire, tunc dicat,* MANVS MEÆ MVNDÆ SVNT. *gloſ. diffidere: in cap. bonæ. §. ſi de re iud.* Ergo, vel maiori ratione, cùm non

Digitized by Google

modò Archiepiſcopus Lugdunenſis de iure à ſe nuper prætenſo ſubdubitet; ſed perſpecta ex dictis veritate ius nullum ſibi ſuffragari iam cognoſcat: debet profectò ab hac intentione quieſcere, & liti quam ſuper hoc concitauit quantocius renuntiare: aliàs contra conſcientiam facit & grauiter peccat.

Secunda ratio, quæ mouere debet Archiepiſcopum Lugdunenſem vt à cœptis deſiſtat, eſt conſideratio ipſa propriæ ſuæ poteſtatis, & Eccleſiæ Pariſienſis ſtatus, ac eius Archipræſulis dignitatis. Nam antequam Pariſienſis Eccleſia fuiſſet in ſedem Metropolitanam prouecta; fuerat ſanè Apoſtolica auctoritate, exempta ab omni Archiepiſcopali, ac Primatiali iuriſdictione. Et Seuertius quidem Lugdunenſium Primatum Chron-hiſtoricus, id quàm ingenuè agnoſcit, diſertiſque his

verbis confitetur, quibus agit de moderno Pariſienſi Antiſtite primarióque Archiepiſ. nunc ſedente. *Diplomata Apoſtolica fœliciter conſequutus eſt, ann. inchoante 1623. non ſolùm ſub nomine* VETERIS EPISCOPATVS PARISIENSIS, A ROMANA SEDE PENDENTIS IMMEDIATE, *vt moris fuerat antiquitus, &c.* Nec tantùm Eccleſia Pariſienſis erat exempta, ſed ipſe quoque eius Epiſcopus, vt conſtat ex eo quòd pallio Archiepiſcopali donatus fuerat ab Innocentio III. quo priuilegio etſi, ex inſigni modeſtia, vſus non fuerit, ſicut nec ipſius exemptionis beneficio: attamen hoc iure ſubmotus erat, ab omni Metropolitana & Primatiali ſubiectione: proindéque iure ipſo, nec Primas Lugdunenſis, nec Metropolita Senonenſis, poterant, Pariſijs vllum actum poteſtatis exercere, nec inſignia ſuperioris iuriſ-

Tom. 3. Chronolog. hiſtoriæ Lugdun. pag. 160.

Metropolis Pariſienſis. pag. 30.

Digitized by Google

dictionis ſine eius venia ibidem geſtare, aut præ ſe ferre. Igitur neque nunc id poteſt Præantiſtes ipſe Lugdunenſis, cùm Pariſienſis Eccleſia, poſt ſuam exaltationem, non poſſit ex iure magis eſſe obnoxia ſedi Lugdunenſi, quàm erat antequam Metropolitanum decus fuiſſet aſſequuta. Dicet D. Lugdunenſis, *Bullam ipſam erectionis, Pariſienſem Eccleſiam ſubijcere ſolio Primatiali Lugdunenſi:* Reſpondeo, non ſubijcit de iure, ſed ſubiectam de facto præſupponit, ſicut & ipſam Eccleſiam Senonenſem, quæ tamen hactenus de Primatu cõtra ſępedictã Eccleſiam Lugdunenſem, ex iure contendit. At liberaliùs cum Eccleſia ipſa Lugdunenſi etiam placet agere. Concedo enim Eccleſiam Pariſienſem Primatiæ Lugdunenſi ſubiacere. Quid tum? Certè geſtatio crucis vexillariæ non eſt de iure

Extat ad calcẽ prædictæ Metropolis editæ Pariſijs apud Ioan. Petitpas an. 1625.

Prima-

Primatus, vt copiosè probatum eſt. Ideóq; ſicut huius dignitatis ratione anteriores Primates hac prærogatiua nunquam Pariſijs perfuncti ſunt: ſic ille qui nunc Primatum tenet, hoc titulo non poteſt hoc decus ſibi Lutetiæ vendicare. Quandoquidem non ius habet aliud, quàm habuere eius deceſſores, nec potiora priuilegia. Adde quòd ipſa Pariſienſis Eccleſia non ſtrictiori vinculo ſubiectionis tenetur Lugdunenſi obnoxia, quàm fuerat antequam in Metropolim euaſiſſet, aut quòd Primas iſte Lugdun. (qui certè tentauit quod nec eius anteceſſores vſquam cogitarunt) ad Lugdunenſe ſolium perueniſſet. Igitur nunc non plura poteſt Primatus iura ipſe prætēdere, nec clariora imperij exerere indicia, nec alia ſubiectionis exigere obſequia à Pariſienſis Eccleſiæ Archipræſule, quàm poterat antea.

Digitized by Google

Aliàs conditio Eccleſiæ & ſedis Pariſienſis nunc deterior eſſet, poſtquam gloria honoris Metropolitani inſignita eſt, quàm quando ſimplicis Epiſcopatus titulo adhuc eſſet prædita. Sanè hæc vrbs à Chriſtianiſſimæ Monarchiæ initio regia fuit. Verùm vrbis regiæ ſemper ab omnibus ratio habita eſt. Nam non modò Reges eiuſmodi vrbes varijs prærogatiuis cumularunt, ſed ſummi quoque Pontifices & ſacra Concilia nonnullis priuilegijs illas illuſtrarunt. Non eſt huius loci recenſere hæc per ſingula (quæ etiam ab exteris gentibus exempla & teſtimonia habent) id ſolum ſemel dixiſſe ſufficiat: ſacros proceres Eccleſiæ Gallicanæ, regiæ vrbis intuitu, multa Epiſcopo Pariſienſi (cùm hoc ſimplici titulo cenſeretur) ſemper detuliſſe, vt illum ad tuendam Eccleſiæ fidem

Digitized by Google

&c dignitatem, iuráque Cleri apud Principem protegenda, ac etiam propaganda, redderent propenſiorem. Certè in ſacris Concilijs &c regijs Comitijs, Primates &c Metropolitani Galliarum, hunc ſæpiùs ei impenderunt honorem, vt nonniſi poſt illum ſederent &c ſubſcriberent: vt videre eſt in Concilio celeberrimo Clypiacenſi Clodoueo II. regnante, &c in concinnato ibidem diplomate Chilperici eiuſdem Clodouei filij: in quo Ioannes nomine I. Pariſ. Epiſcopus (quem perperam in ſerie Epiſcopali nomenclatores prætermiſerunt) ſubſcriptus cernitur immediatè poſt regem, ante omnes Præſules etiam Metropolitas &c Primates, Senonenſem, ac Rotomagenſem, &c ipſum Remenſem, regni licèt Protoparem &c primarium Ducem Eccleſiaſticum, ac Legatum inſuper ordinarium. Nec

Extat in Antiq. Sandionyſ. Cœnobij lib. 3. c. 4. pag. 686.

Digitized by Google

mirum cùm S. Nicetius Lugdunen-
Aimon.lib.4. de geſtis Frãc. c.41. ſis in Synodo, S. Germano tum Pa-
riſienſi Epiſcopo, perſimilem diu
antea exhibuerit prærogatiuam. Si-
milia verò hodie pro Pariſienſi Ar-
chiepiſcopo non exigimus à Lugdu-
nenſi Præantiſtite, honoris officia:
quandoquidem ſpontè Pariſienſis
Archiantiſtes, primas illi vbique
deferat, cùm de ſeſſione in Comi-
tijs, aut ſacris Epiſcoporum cœti-
bus, aut etiam ſubſcriptione agitur:
Verùm tantùm efflagitamus, vt mo-
deſtiæ deceſſorum ſuorum memor,
ipſe D. Lugdunenſis, & beneuo-
lentiæ, quam vrbi regiæ & Pariſien-
ſi Eccleſiæ ipſi eius anteceſſores im-
penderunt; nolit iugo nouo eam-
dem Eccleſiam Pariſiẽſem ſubigere,
nec dignitatem eius imminuere, nec
Antiſtitẽ eiuſdẽ honore ſuo ſpolia-
re, nec denique grauiora ab eo obſe-
quia ſubordinationis exigere, quàm

quod de iure & more illi hactenus conceſſum eſt, & quod ab antiquis Primatibus vnicuique liquet flagitatum fuiſſe & factitatum.

Reſpondebit forſitan (vt pridem ſæpiùs reſpondit) *ſe nolle Eccleſiam Pariſienſem opprimere, nec in iura Archiepiſcopi illius irruere, ſed quidquid ſit de iure & priſco vſu, id duntaxat ab Archiepiſcopo & Eccleſia Pariſienſi ſe ſibi deferri, aut permitti expoſcere: quòd non dubium ſit, ab iiſdem ante adeptum Archiepiſcopale decus, vel Metropolitanis Senonenſibus, vltro fuiße delatum, vel conceſſum. Verùm non eße ambigendum, quin hac prærogatiua pacificè potitus fuerit Archiepiſcopus Senonenſis, vt proprius Metropolita, quam ipſe vt Primas exigit. Eamdem enim eſſe rationem. Cùm Eccleſia Pariſienſis (vt eſt in Bulla erectionis Metropoleos) ſic nunc Lugdu-*

Hanc ratione acceptam ab ore ipſius D. Lugdun. Illuſtriſſ. & optim. Cardinalis D.

Berullæus adminiſtris D. Archiep. Pariſienſ. expoſuit: Reſponſionémque ſequentem ab auctore (qui vnus erat ex internuntijs Archiepiſcopalibus) excepit, gratámq; illã, vt alia eiuſdem auctoris dicta, ſeſe habuiſſe palam teſtatus eſt.

nenſi Eccleſiæ ſuffragetur, *quomodo ante ſuam prouectionem Eccleſiæ Senonenſi ſuffragabatur*. At, quod dictum fuerit cum bona D. Lugdunenſis (quam obnixè efflagito) venia; Bulla illa Apoſtolica id quod ex ea adſtruit, non edicit: ſed duntaxat ſtatuit, *vt Eccleſia ipſa Pariſienſis*, *Eccleſiæ Primatiali Lugdunenſi & illius Archiepiſcopo, ſeu Primati*, *ad inſtar dictæ Eccleſiæ Senonenſis, ſubiacere debeat*. Porrò Eccleſia Senonenſis quæ in typum ſubiectionis Pariſienſi proponitur, non ſic ſubiacet pro tempore Lugdunenſi, vt Præantiſtitem Lugdunenſem ſinat per Senonenſem prouinciam, minùs autem per Metropolitanam ipſam ciuitatem, erecta ante ſe ſublimi Cruce procedere: nec vnquam Lugdunenſes Primates, imò nec ille ipſe qui nunc præeſt, auſi ſunt vnquam id præſume-

re : ergo ex Bullæ ipſius præſcripto, non debet hoc decus Pariſijs ſibi arrogare : nam non plus poteſt Pariſijs quàm Senonibus, ex iure Primatus prætendere, cùm non aliter illi Pariſienſis, quàm Senonenſis Eccleſia, ſubiaceat. At illud nequeo indiſcuſſum præterire, quòd D. Lugdunenſis ex facto Senonenſium Archipræſulum (dum illis ſuffragaretur Lutetia) in exemplum proprium traducit & peculiare ſubſidium. Etenim id quod inſinuat, vt certum, non modò incertum eſt, aut dubium ; ſed prorſus hactenus inauditum. Quandoquidem nunquam Pariſijs contigerit, vt obeuntibus per vrbem Metropolitis Senonenſibus, Crux illis vexillaria, in ſuperioris poteſtatis indicium præportaretur : cùm nec aliquando viſi ſint Pariſijs ſine expreſſa Epiſcopi licentia, aliquid quod exteri Me-

tropolitæ non facerent, aggredi, aut affectare. Certè Senonenſem Archiepiſcopum ſuæ Metropolitanæ dignitatis conſideratione, hac ſola prærogatiua olim in vrbe regia claruiſſe comperimus, vt dum in ipſam vrbem aduentaret, ad eius ingreſſum, Capicerius ſummi templi ſigna præcipua pulſari faceret. Nam moris erat hoc campanarum claſſico, ceu ſigno lætitiæ, illum intra vrbem excipere. Ipſe verò hac contentus honoris ſignificatione, nihil amplius ſibi tribuebat, quàm vt Pariſienſis Antiſtitis ſui Coepiſcopi fretus conteſſeratione & beneuolentia, ſacra apud Regem negotia perſequeretur. Sed eſto vt Pariſijs aliquando Senonenſes Archiepiſcopi, vt proprij Metropolitani, hoc ſplendore, quem nunc concupiſcit Primas Lugdunenſis, præfulſerint: Profectò non inde ſequitur

Sebaſtian. Rouillard. in hiſtoria Meloduaenſi.

Hac honoris ſignificatione præter Regē ipſum & Legatum Apoſtolicum ſolus Archiepiſcop. Senon. excipiebatur in Vrbem regiā. Nam aduentantis Lugdunenſis Præantiſtitis ratio non habebatur: cùm Primat⁹ eius eſſet contentioſus & in regia Vrbe nulla poteſtate prǽfulgeret: Vnde & Clem. PP. VII in priuilegio munifico collato Theſaurario Sanctæ

tur quòd ex eorum exemplo idem ſibi poſſit decus & honorem vendicare. Etenim non eſt eadem ratio Metropolitani ac Primatis (vt benè olim & prudenter Dambertus Præantiſtes Senonenſis & Vualo Pariſienſis, ac Iuo Carnotenſis alijque Epiſcopi comprouinciales contra Ioannem Primatem Lugdunenſem, iura ſui Primatus iniquè prorogantem, obſeruarunt & aſtruxerunt.) Siquidem Primas non poteſt euocare Epiſcopos ad Synodum nationalem, vt Metropolitanus ad prouincialem; non poteſt à Metropolitanis, vt illi à ſuffraganeis, exigere obedientiæ ſponſionem: Non poteſt Metropolitanorum (vt illi ſuffraganeorum) ſibi arrogare ordinationem; Non poteſt in diœceſibus ſuorum ſuffraganeorum indulgentias conferre, ſicut Archiepiſcopus in diœceſibus ſuorum compro-

Cappellę, quo permitit illi benedictionē ſolemnē, prodeundo proceſſionaliter extra palatij ſepta, in die Corporis Chriſti, populo obuio impertiri, clauſulā hanc adijcit: *Modò in vrbe non eſſet Legatus Apoſtolicus, nec adeſſet Archiepiſ. Senon. vel Epiſ. Pariſienſis.* At Lugdunenſis Præātiſtitis nil meminit: quia ſcilicet hic Pariſijs nulla auctoritate polleret. Refert diplom. Apoſt. Brull. in Theat. antiq. Pariſ.

Patet ex citata ſuperiùs Damb. & Iuonis Epiſt. ad Ioan. Lugdu.

Digitized by Google

uincialium. *gloſ. fi. in can. placuit. 16. q. 6. & cap. 1. de pœnit. & remiſſ. & ibid. gloſ. monere.* Et ſic, proculdubio, non poteſt crucem portare ſublimem, per vniuerſam Primatiam, ſicut ille per totam prouinciam. Ratio eſt, quia illud ex iure conceſſum eſt ſingulis Archiepiſcopis. *Clem. fi. de priuileg.* At verò Primatibus minimè: cùm hac in parte nihil penitus prærogatiuæ eis ſacrũ ius attribuerit, ſed diſertè conſtituerit, ne quid eiuſmodi, aut quidquid aliud, ſine ſpeciali priuilegio, aut priſca conſuetudine approbata, ſibi præ cæteris Epiſcopis præſumerent adſcribere. Ratio eſt; quia dignitas ipſa Primatialis procedit ex mera gratia & nudo priuilegio (vt docet Greg. VII. in reſcripto Primatus Lugdunenſis inſtauratorio.) At verò priuilegia, quòd contra ius commune ſint, ſtrictè ſunt in-

Digitized by Google

terpretanda & non extendenda. *Palud. in cap. olim. de verbor. ſignif.* Imò Innocentius Papa, *in cap. dudum, paulò poſt princip. de priuileg.* declarat ea ſemper eſſe ſtricti iuris, *propter timorem ambitionis:* quæ vt ignis ſemper ſeſe extendit, & flammarum ſuarum ardore omnia peruadit & deuorat, nec tamen vſquam quieſcit. Ne igitur cupiditas, quæ in mortalium animos facilè irrepit, Primates qui ordinis cauſa tantùm creati ſunt à ſede Apoſtolica, in priuilegij ſui immoderatam aliquando propelleret dilatationem & dignitatis abuſum, ac auctoritatis exceſſum; ſummi Pontifices ſapienter eorum iura certis terminis coarctarunt, quos nefas eſſet illis vllo modò temerare: ſic vt nihil illis liceret obtentu Primatus præ cæteris Epiſcopis, extra propriam ſuam diœceſim, aut Metropolim, ſibi iuris,

Digitized by Google

aut honoris vendicare, niſi quod munificis codicillis in eos ſummi ipſi Pontifices ſpeciali gratia contuliſſent. Qui ſanè nunquam conſtituerunt, vt ijſdem iuribus Primas Metropolitis ſibi addictis præemineret, quibus præcellunt ipſi Metropolitæ Epiſcopis. Nam præter iura Metropolitis ſuperiùs attributa, alia ſunt perplura quæ minimè poſſunt Primates, ex ipſius ſuæ dignitatis ratione, ad ſe traducere. Nec id abſque rei æquitate ita diſpoſitum eſt. Quandoquidem Metropolitani officium magis eſt neceſſariũ quàm Primatis, ipſaque Metropolitana dignitas ſimplici Primatiali, in Eccleſia eſt origine antiquior, munere amplior, & auctoritate in multis potior. Etenim Archiepiſ. maiorẽ poteſtatem & iuriſdictionem dicitur habere in prouincia quàm Primas. *gloſ. Comitatibus. in Canon. prouin-*

cia. d. 99. Non igitur mirum ſi poteſtatis huius inſignia, in vniuerſa prouincia Archiepiſcopo, iure ipſo conceſſa ſunt, quæ eodem iure fuerunt Primati denegata. Nihil igitur poteſt D. Primas Lugdunenſis ex iure vel facto antiquorum Archiepiſcoporum Senonenſium, in cauſæ ſuæ præſidium tranſcribere. Minùs verò præſumere, quod nec illi ratione ſuæ Metropolitanæ dignitatis, nec deceſſores ſui Lugdunenſes, ratione ſui Primatus, vnquã in vrbe regia pertentarunt: ſed agnita ſuæ dignitatis menſura, ſe intra limites debet illos cõtinere, quibus ipſa à ſede Apoſtolica (ex cuius gratia promanauit) fuit huc vſque circumſcripta & à deceſſoribus ſuis ad illum fere vſque diem, per nonnullas annorum centurias propagata. Sic enim & tutiorem illam ac ſtabiliorem efficiet, & pacem cum

Digitized by Google

Coepiſcopis aſtruet cõſeruabítque. Pariſienſis autem nobiliſſimæ Eccleſiæ iura non imminuens nec vſurpans, ſed ſarta tecta cuſtodiens, illius amicitiam magis, ac magis ſibi & ſucceſſoribus ſuis conciliabit & reuerentiam: ſicque non modò vrbis regiæ ſplendori conſulet, ſed & proprio honori & famæ, quæ ſanè his procellis & motibus quos nuper ipſe concitauit, nonnihil viſa eſt obſcurata.

Et hæc tertia eſt ratio quæ D. Archiepiſcopum Lugdunenſem ab intentione ſua debet auertere: *Ne ſcilicet ſuæ ſacræ memoriæ ingerat labem aliquam ambitionis & faſtuoſæ ſuperbiæ.* Nam duo ſunt præcipuè à Præſulibus procuranda, quæ illis maximè congrua & neceſſaria ſunt, (vt D. Ambroſius docet in Ep. ad Conſtant.) ſcilicet *conſcientia & fama*: conſcientia propter Deum,

& fama propter proximum. Illorum enim ſortem fœlicem Sancti alij arbitrantur, quorum nec voluntas fuerit corruptione peruerſa; nec memoria, vitiorum, & maximè ſuperbiæ, fuligine inquinata. Vnde S. Bernardus ſcribens ad SS. Papam Eugenium, ſcitè ait. *Fortitudo tua* (ô Pontifex) *fiducia eſt fidelis conſcientiæ, decor tuus ſplendor bonæ opinionis.* Etenim quicumque hunc amiſerit, fruſtra de cæteris contendet. Quamuis igitur D. Archiepiſcopus Lugdunenſis magnam hactenus adeptus ſit gloriam, ob teſtatam egregiè virtutem & eruditionem, Pontificiáſque maximas quibus refulget dotes, potiſſimùm autem infractam conſtantiam & in religione propugnanda fortitudinem, quam S. Cyprianus *vigorem* appellat *planè ſacerdotalem*: Nihilominus ſi præſumptionis, ambitio-

nis, ſuperbiæ apud homines opinionem aliquando quomodolibet contraxerit, híſque præclaris dotibus has labes infuderit: profectò poſteris inuidioſam ſui nominis relinquet memoriam. Dicetúrque de eo, quod de ſapientiſſimo rege ait Scriptura: *Imperauit in diebus pacis, ſed imperium durum fecit; Et dedit maculam in gloria ſua.* Eccleſ. 47. Verùm à ſacro illius vertice Deus Opt. Max. malum hoc omen & nomen auertat: ſed famam tribuat & gloriam immortalem. Hanc verò illum auſpice Deo conſequuturum non diffido, ſi hanc Apoſtoli formam tenuerit & normam. *Nos autem non in immenſum gloriamur* (ob Apoſtolatum ſuſceptum) *ſed ſecundùm menſuram regulæ qua nobis menſus eſt Deus.* 2. Cor. 10. Nam intra metas conceſſæ ſibi à Deo poteſtatis & dignitatis, vnuſquiſque debet

debet prælatus conſiſtere, & nihil ſupra quod ſibi datum eſt præſumere, ſi Dei gloriam propagare, Eccleſiam ædificare, & bonum nomen ſibi ipſi comparare velit.

Hinc verò & quarta elicitur ratio, quare non deceat D. Lugdunenſem, nec illi liceat, cœptis inſiſtere; Nimirum quia multa mala poſſent ex hac contentione ſuboriri, maiora verò & grauiora ex ipſius facultatis quam exigit, vſu, ſubſequi ſcandala. Nam primò hic conatus D. Lugdunenſis facilè concitaret aliorum Primatum Gallicanorũ æmulationem: quia cùm ſolus in vrbe regia hac honoris prærogatiua Lugdunenſis Præantiſtes niteretur clareſcere; videretur etiam hac eminentia ſuper omnes ſe efferre. Siquidem vrbs regia, *eſt patria communis*, in quam communium neceſſitatum cauſa, omnes confluere

Digitized by Google

ſolent. Quapropter & huc Cleri proceres diuerſorum ergo negotiorum paſſim concurrunt. Porrò ſi dum in vrbe agunt, Lugdunenſis Archiepiſcopus hoc titulo (quem iam ſibi aſtruit) *Primatis Galliarum*, vexillum Dominicæ Crucis ante ſe prodeundo geſtaret: vel illos Præſules, ſeſe his auſibus opponere neceſſe foret; vel ipſoſmet ſua, & Eccleſiarum ſuarum (quarum nonnullæ ſunt Lugdunenſi inſigniores, permultæ verò nihil Primatiæ Lugdunenſi obnoxiæ) iura turpiter prodere, & ſe illius imperio, cui minimè vſquam paruerunt, probroſè ſubijcere; vel ſanè loco excedere; aut motus & ſcandala ciere; quod quidem abhorret penitus à Sanctitate Eccleſiaſtica.

Iactitat ſe Archiepiſcopus Lugdunenſis, quod ſit Primas Galliæ vt Toletan⁹ Hi-

Non ſanè eadem eſt ratio Toletani Primatis ac Lugdunenſis. Nam Præantiſtes Toletanus ſacris innumeris

diplomatibus & decretis Apoſtolicis, vniuerſæ Hiſpaniæ conſecutus eſt Primatum: proindéque etſi ſint qui repugnent, poteſt nihilominus iuſto titulo; omnibus illis vbique ſe anteferre & ipſis præeminere: maximè cùm & præferendæ crucis peraltæ poteſtatem conſecutus ſit, ex peculiari priuilegio. At Archiantiſtes Lugdunenſis nunquam creatus eſt PRIMAS, vt ſe inſcribit, GALLIARVM: nec de facto Gallijs vniuerſis præeminet, ſed duntaxat duabus, aut tribus Prouincijs, cùm ſint quatuordecim aliæ quæ nullatenus illi addictæ ſunt. Vnde ad ſummum eſt PRIMAS GALLIÆ CELTICÆ. Ergo non decet, vt in vrbe regia, quæ minimè ſedes eius eſt, ſingulari hac prærogatiua præfulgeat: hoc enim non poſſet fieri ſine graui aliorum Primatum iniuria, qui faſcibus demiſſis per vrbem

ſpaniæ. Atquã hoc ſit abſurdum ſuperius coppiosè demõſtratũ eſt, ex vtriuſq; cõparatione, toto huius libri cap. 6.

incedentes, ínq; Lugdun. Præſulem his trophæis inſtructum, incidentes; omnibus, hoc viſibili diſcrimine, mox perſuaderent, ſe omnes Lugdunenſi Antiſtiti inferiores & ſuffraganeos eſſe : ipſúmque conſequenter vniuerſalem Galliarum Primatem exiſtere, & SVMMVM eſſe regni Chriſtianiſſimi PATRIARCHAM. Quod ſanè falſum eſt & plus quàm dici poſſit periculoſum. Secundò, tractu temporis odia, iurgia & litigia ex hoc infauſto diſſenſionis palmite poſſent ſuccreſcere. Enimuerò ſi quo pacto id quod intendit D. Lugdunenſis in morem veniret: non dubium quin hac facultate Archiepiſcopi Lugdunenſes tandem abuterentur, & frequentiori vſu huius prærogatiuæ, qua in Eccleſiæ Pariſienſis dedecus & Archipræſulis eius graue diſpendium, omnimoda occaſione, ſatagerent in regni

theatro clareſcere; vel Primatus ſui immoderata extẽſione & nouorum in dies iurium affectatione. Ambitio enim eſt quaſi mortalibus innata, quæ illos nunquam quæſitis rebus & adeptis honoribus contentos eſſe ſinit. Nullum enim terminum habet, & ideo eam *malorum omnium radicem* Apoſtolus appellat, quia cùm proprijs non ſit contenta, vt aliena quoque ſurripiat, in quæuis illicita prorumpit: & dum alijs infert damnum, illorum excitat odiũ, inuidiam acuit, iram mouet, & commouet acrem vindictæ cupiditatem. Quæ quanta mala ſint, opus non eſt explicare. Sat fuerit dicere, ex doctrina Saluatoris, ſcandalum eſſe omnium malorum grauiſſimũ: Vnde & maledictionem imprecatus eſt illi, *per quem ſcandalum venit*. Abſtinere igitur neceſſe eſt ab omni ſcandalo Prælatum, qui pacis

1. Timoth. 6. 10.

Matth. 18. 7.

ſe filium, Chriſti diſcipulum, humilitatis magiſtrum, charitatis præconem, & Chriſtianæ vnionis, ac ſanctæ communionis ſe ſyncerum cultorem debet exhibere. Nam ſi rixas & contentiones ſerit, faſtum exerit, ambitum promit, iurgia mouet, ſcandala excitat & multiplicat, non ſolùm ſeſe prodit à ſuo munere alienum, ſed inſuper Euangelicum ipſum miniſterium, quo non tam fungitur quàm extollitur, in contemptum traducit: Id enim Apoſtolus diſertè docet, vbi ait:
2. Cor. 6. 3. *Nemini date offenſionem, ne vituperetur miniſterium noſtrum: Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus.*
1. Cor. 11. 29. Ideóque idem Apoſtolus, *quoties quis ſcandalizabatur, ſe vri* dicebat: & ſic abhorrebat à leuiori ſcandalo, vt etiam à licitis ſe abſtineret, ne minimam offenſionem proximo ſuo infirmo ingereret:

Digitized by Google

& Vnde illud: *Videte*, inquit, *ne licentia veſtra offendiculum fiat infirmis*, &c. *Peccantes enim in fratres & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum peccatis. Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem.* Ex qua Apoſtolica & planè diuina doctrina conſequitur, quòd etiamſi D. Lugdunenſis ratione ſui Primatus ius haberet ſublimem crucem præ ſe ferendi extra propriã prouinciam, maximè in vrbe regia; tamen quia vel ius eiuſmodi nunquam ad praxim perductum fuiſſet, vel vſus illius pridem exoleuiſſet, & non poſſet ſine ingenti ſcandalo (quale illud eſt quod iamiam emerſit) hæc facultas ad actum reuocari: deberet certè D Lugdunenſis Præantiſtes lubens ab huius prærogatiuæ vendicatione quan-

1. Cor 8.9.&. ſeqq.

Digitized by Google

tocius abſtinere, vel potiùs (cùm iam, propter ipſam, litem mouerit) à cœptis prorſus deſiſtere; quàm cum animarum fortè perenni periculo, fratrum ſuorum graui offendiculo, totius regni Chriſtianiſſ. multiplici ſcandalo hanc perſequi controuerſiam. *Ob ſcandalum enim deſiſtendum eſt à iure ſuo. Gloſ. 1. in cap. 2. de præſcript.* quia cum ſcandalo, vel damno alicuius nihil eſt faciendum. *gloſ. ereximus. in Extrau. Sedes Apoſt.* Sed potiùs ſcandali vitandi ratione, multa ſunt facienda, vel omittenda, quæ aliàs non deberent fieri nec omitti. *7. q. 1. cap. 2. & gloſ. 1. Canonem inter verba. 11. q. 3.* Ratio fundamentalis eſt, quia ſicut maius malum eſt ſemper præ minori fugiendum; ſic minus bonum eſt majori bono, & priuatum publico, poſtponendum. Vnde ſequitur, quòd etiamſi ius haberet D.

Lugdu-

Digitized by Google

Lugdunenſis inſignia prædicta Pariſijs perferendi, quia tamen nunquam ius eiuſmodi ad effectum fuiſſet perductum, & ideo ſine graui colluctatione & ſcandalo non poſſet ad vſum perduci: Deberet iuris eiuſmodi (ſi quod eſſet) perſequutionẽ potiùs omittere, quàm tot motus & offendicula, ad illud exigendum, concitare. *Non enim ſunt facienda mala*, ait Apoſtolus, *vt eueniant bona*. Et ſatius eſſet, vt Lugdunenſis ſedes hanc facultatem amitteret, aut iure ſuo vmbratili cederet, quàm vt vniuerſa Gallicana Eccleſia his conflictationibus diutiùs turbaretur: & Lugdunenſis Eccleſiæ cum Pariſienſi conteſſeratio & pax periclitaretur. Propter hanc igitur vel vnicam rationem, quæ grauiſſima eſt, pijſſima & Chriſtianiſſima, deberet Archiantiſtes Lugdunenſis huic contentioni, cui Ad Rom. 3. 8.

Digitized by Google

initium dedit, finem imponere: & ſponte ſua à tam nouo & inſolito
Eccleſ.18.10. conatu recedere. *Qui enim abſtinet ſe à lite, non ſolùm minuit peccata.* Sed & inſuper gloriam promeretur immortalem.
Prou.20.3. *Honor eſt enim homini qui ſeparat ſe à contẽtionibus.*

At QVINTAM præterea volo hîc attexere rationem (quæ etiam animum D. Archipræſulis Lugdunenſis à noua ſua intentione auellat:) Nimirum ipſam, reuerentiæ ſacris decretis & canonibus debitæ, conſiderationem. Etenim palam eſt ſacroſancta inſtituta, noua eiuſmodi molimina reprobare; Archiepiſcopo autem Pariſienſi bene opitulari. Siquidem prohibent ne Primas dignitatis ſuæ obtentu, Archiepiſcopi imminuat honorem. *Can. quon. diſt. 65.* At Primas grauiter honorem Metropolitani imminueret, ſi in eius prouincia & ipſa Metropoli,

Digitized by Google

illo præſente, cum ſacris inſignijs procederet; imò ijſdem exornatus, pompaticè per Archiepiſcopalis ipſius vrbis templa & compita, populo impendens benedictionem diſcurreret; & in vrbe ipſa fortè plus quàm in propria reſidens, qualibet occaſione, hoc apparatu inſignitum, ſeſe ad ſolum Primatus ſplendorem propagandum oſtentaret. Quid verò ſi præterea, quod exigere non dubitauit D. Lugdunenſis à Pariſienſi Archiepiſcopo, expoſceret? Nempe vt ſe præſente, vel occurrente (quod decies in vna die poſſet contingere, pro libitu ambientis) Archiepiſcopus faſces, vt ita dicam, demitteret; inſignia quibus è iure præfulget, maximè in Metropoli ſua, deponeret; & ſic ſpoliatus coram Clero & populo ſuo, vel confuſus recederet, vel priuatus (vti deuictus triumphanti) adeſſet? Sanè

Patet ex compromiſſoria ſcedula, ab ipſo D. Lugdun. cõcinnata, cui ſubſcripſit, cámque ſubſcribẽdam ad Pariſienſem Archiepiſcopũ emiſit 16. Mart. anni currentis.

hoc, vt ab omni æquitate abhorret, ſic ipſo cogitatu penitus indignum eſt. Porrò eiuſmodi exceſſus ſancti Patres magna auctoritate repreſſerunt: Dum ipſos Primates iura Metropolitanorum temerantes, & iniuriam illis inferentes; vel illicita in illorum diſpendium ſibi arrogantes, acriter perſtringunt, ſeueriſſimis interminationibus coercent, ac grauiſſimis obiurgationibus redarguũt. Sanè tremenda ſunt eiuſmodi Primatibus, Gelaſij Papæ, qui ante mille & centum ſuper annos, throno Apoſtolico præfuit, verba, quæ potiùs dixerim tonitrua & fulgura cœlitus in hos exceſſus dilapſa. Sic enim loquitur S. Pontifex in Epiſt. ad vniuerſos Epiſcopos Dardaniæ. *Per ambitiones illicitas non pudet quoſdam Eccleſiarum iura turbare; & priuilegia, quæ Metropolitanis, vel comprouincialibus*

Digitized by Google

Epiſcopis decreuit antiquitas, auida præſumptione peruadere: Non reſpicientes, quoniam æterno iudicio rationem tam de Catholicæ ſynceritatis iniuria, quàm de traditionum præiudicijs paternarum, non ſine perpetuæ damnationis interitu, ſint reddituri, ſi in hac obſtinatione permanſerint. Hæc ille optimus & ſapientiſſimus Pontifex. At Leo Magnus, illô ſemi ferè ſæculo antiquior, non minori zelo & auctoritate retundit ac redarguit faſtuoſum ambitum Anatolij Conſtantinopolitani, qui effreni licentia ſe gerens, & dominandi nimia libidine æſtuans, Primatus ſui potentiam & gloriam in aliorum Præſulum dedecus & præiudicium nouis & ſubdolis conatibus amplificare atque in immenſum prouehere nitebatur. Hos enim Magnus ille Leo (ſcribens ipſi Anatolio) contra huiuſmodi ambitum

Digitized by Google

S. Leo Epiſt. 53. emittit rugitus. *Virum Catholicum & præcipuè Domini ſacerdotem, ſicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari: Dicente*
Eccleſ. 18. 30. *quippe ſcriptura ſancta.* Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. *Multis mundi huius illecebris, multis vanitatibus reſiſtendum eſt, vt veræ continentiæ obtineatur integritas: cuius prima eſt labes ſuperbia, initium tranſgreßionis & origo peccati. Quoniam mens potentiæ auida, nec abſtinere nouit à vetitis, nec gaudere conceßis, dum inordinato prauóque proceſſu impunitarum tranſgreßionum augētur exceſſus.* Et hæc illū delicta perpetraſſe inſinuans, *Ita vt etiam Metropolitanos proprio voluerit honore priuare.* (Quo ambitu inauditos & nunquā antea tentatos exceſſus, eum exeruiſſe aſſerit.) Poſtea ſubnectit. *Dum hæc illicita moliris, ſuperfluè*

Digitized by Google

non concedenda appetis; & inſalubriter tibi contraria concupiſcis, quæ nullum vnquam poterunt noſtrum obtinere conſenſum. Abſit enim à conſcientia mea, vt tam praua cupiditas meis ſtudijs adiuuetur, ac non potiùs meo & omnium qui non alta ſapiunt, ſed humilibus conſentiunt, opere ſubruatur. Hactenus ſummus ille Eccleſiæ Hierarcha. At Galliarum Monarchæ, Chriſtianiſſimi reges, Eccleſiæ Catholicæ tutelares, pacíſque & pietatis Chriſtianæ vindices, etiam ſuis pragmaticis, ſeu regijs ſanctionibus, hos inſolitos exceſſus, piè & prouidè cohibuerunt. Hæc enim decernunt in antiquis Capitularibus (quæ nihil aliud ſunt quàm ipſa Pontificalia & ſynodalia inſtituta, regia auctoritate promulgata.) *Vnaquæque prouincia ſuo Metropolitano & ſuis comprouincialibus Epiſcopis ſit contenta*:

Eadē ex Epiſt. 2. Cæleſt. PP. ad Epiſcopos Galliæ recitat Hincmarus Remenſ. Archiepiſc. Epiſt. 6. ad Comprouinciales, quæ eſt de iuribus Metropolitanorum.

Digitized by Google

Vide quæ habētur eodem lib. capitul. 376.& 346.

Nec aliquis (Primas v.g.) *in limitibus alterius prouinciæ quicquam præſumat*. lib. 7. c. 72. Igitur , nec inſignia alicuius poteſtatis deferat, quoniã hoc ſine iure quæſito, mera præſumptio & vſurpatio eſt. Et rurſus lib. 7. c. 9. *Inhibitum eſt ne quis alienos fines vſurpet , aut terminos Patrum ſtatutos tranſcendat.* At termini à Patribus conſtituti ſunt, ne rimas Metropolitani iura imminuat, ne aliquid præter quod ſacri canones illi conferunt ſibi tribuat , ne Primatu ſuo faſtuosè vtatur, ne data prærogatiua in Præſulum iniuriam , depreſſionem Eccleſiarum abutatur. Quibus conſonat & hæc conſtitutio regia, *Priuilegium ſuum meretur amittere , qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.* lib. 7. c. 48. Quæ certè ſanctio , elicitur S. Leonis ad præfatum Anatolium ſcribentis hac inſigni ſententia.

Si

Digitized by Google

Si charitas non quærit quæ ſunt propria, quantum peccat qui concupiſcit aliena? à quibus volo vt te prorſus abſtineas, memórque ſis eius ſententiæ quæ dicit: TENE QVOD HABES, NE ALIENVS ACCIPIAT CORONAM TVAM. *Nam ſi inconceſſa quæſieris, ipſe te tuo opere atque iudicio vniuerſalis Eccleſiæ, pace priuabis.* Et alibi, *Multum Anatolius Epiſcopus proprio detrahit merito, ſi illicito optat creſcere augmento.* Regula igitur hæc ab omnibus ſeruanda eſt, quam Pontifex ipſe ſapientiſſimus omnibus æquè præſcribit. *Quæ ad perpetuam vtilitatem generaliter inſtituta ſunt, nulla commutatione varientur; nec ad priuatum trahantur commodum, quæ ad bonum ſunt commune præfixa: & manentibus terminis quos poſuerunt patres, nemo in ius tendat alienum, ſed intra fines proprios & legitimos, prout quis va-*

Epiſt. 53. ſub finem.

Sic excõmunicationẽ minitatur S. Pontifex Patriarchæ C P. niſi ab ambitu & exceſſu poteſtatis quieſcat. Epiſt 54. quæ eſt ad Martian. Auguſtũ.

Epiſt 53. ad Anatolium directa.

luerit, ſe in latitudine charitatis exerceat: cuius ſatis vberes fructus C P. (& quiſque alius) *Antiſtes poteſt acquirere, ſi magis humilitatis virtute nitatur, quàm ſpiritu ambitionis infletur.* Quæ quidem ſedis Apoſtolicæ oracula, ita faciunt ad præſens inſtitutum; vt ſi regula quam conſtituunt, fuiſſet, vt decuerat, ab omnibus obſeruata, non opus eſſet inpræſentiarum hæc ipſa verba hîc tranſcribere, vel controuerſijs tam inſolitis & importunis tandiu immorari. Nam ſi D. Lugdunenſis intra Patrum terminos conſtitiſſet, numquam ſanè ſibi vendicare niſus fuiſſet, ius quod prædeceſſores ſui nuſquam affectarunt, nec habuerunt; facultatem quam ſancti Patres neutiquam Eccleſiæ Lugdunenſis Hierarchis conceſſerunt; decus denique quod illis nunquam vſus detulit, nec conſue-

Digitized by Google

tudo confirmauit. Vtinam hæc D. Lugdunenſis apud ſe æqua lance perpendere dignaretur: non diffido quin deductis rationibus afficeretur; & ſic intra proprias metas, quas æquitas vendicat, ſeſe non inuitè, ſed properè & lubenter reciperet.

Cap. XIV.

Archiepiſcopum Pariſienſem, ſæpedictis Archipræſulis Lugdunenſis conatibus, obſiſtere debuiſſe: & dignitatis ſuæ tuendæ cauſa, & iniuriæ propellendæ neceſſitate.

ALEXANDER III. re & munere Maximus militantis Eccleſiæ Pontifex, Epiſcopis Anglicanis ſui temporis, qui deſides ſe præſtiterant in propria dignitate aſſerenda & Eccleſiarum ſuarum propugnanda

Digitized by Google

immunitate, appoſitè exprobrabat, *quòd quaſi arietes non habentes cornua abijſſent ante faciem perſequentis.* At Gallicani Antiſtites pudendæ huius ignauiæ nunquam labe aſperſi fuerunt; ſed maximè vt à ſynceræ fidei inconcuſſa firmitudine; ſic ab ingenti animi fortitudine & inflexa conſtantia, in Dei honore vindicando ac propagando, tuendíſque Eccleſiæ ſacroſanctis iuribus & priuilegijs, à ſummis ipſis Pontificibus, commendari meruerunt. Et ſanè vigorem illum ſacerdotalẽ iam olim apud ipſos Galliarum Epiſcopos inualuiſſe, ſatis ſupérque patefaciunt verba illa grauiſſima & verè Epiſcopalia, quæ Iuo Carnotenſis contra Hugonis Lugdunenſis Præantiſtitis, aliqua ſibi præter ius Primatis vſurpantis, præſumptionem, pro Damberto Senonenſi Archipræſule ex fratrum

Alexand. 3. c. 3. de Magiſtris. Clemens 8. in Bulla hortatoria ad Epiſc. Galliæ, ann. 1598. 17 Augusti, quæ extat ſub oram Analiũ Eccleſiæ Aurelianẽſis à D. Sauſſeyo tum Decano huius Eccleſię conditorum.

comprouincialiũ (& maximè Vualonis Pariſienſis) vnanimi ſententia, zelo pietatis & iuſtitiæ, inſigni ſanè exemplo protulit. *Ad hoc intendit ſtilus iſte, vt morem antiquum conſeruari permittatis. Quia de tantillo iure quod habent Eccleſiæ noſtræ, nec volumus, nec debemus cedere.* Si igitur, qui nunc eſt Archiepiſcopus Pariſienſis, Eccleſiæ ſuæ iura ſineret temerari, & ſibi iniuriam à Lugdunenſi nouiſſimo Archipræſule, irrogari; non dubium, quin eo quo eminet ſolio, ſe indignum exhiberet: & vt à virtute deceſſorum ſe degenerem præſtaret, ſic etiam meritò extorrem, illorum ſerie, ordine & conſortio. Nam & Propheta dira illis paſtoribus imprecatur, qui ſe pro domo Iſrael, quam regendam & protegendam ſuſceperunt, contra aduerſariorum inſultus non opponunt. *Væ Prophetis*, inquit, *inſipien-* Ezechiel. 13.

Digitized by Google

tibus, qui non aſcenderunt ex aduerſò, neque oppoſuerunt murum pro domo Iſrael. Hanc enim comminationem S. Gregorius ad Epiſcopos traducit, qui iurium Eccleſiarum ſibi creditarũ, peruaſoribus non reſiſtũt, & pro lege & grege non inſurgunt, nec ſe accingunt, pro templo, pro ſolio, pro ſacroſancto, quo Deus illos honorauit, ſacerdotali faſtigio.

In Ezech. lib. 2.

Certè Epiſcopus Eccleſiam in ſponſam ſuſcepit; hanc igitur debet maximo amore proſequi, perenni prouidentia curare, zelo feruenti ſeruare, & eius honorem diligenter & fortiter ad extrema vſque tueri: Christi ipſius exemplo, qui non dubitauit, vt notat Apoſtolus, pro Eccleſia ſua ſponſa vitam profundere. Non verò opus eſt viſo hoc exemplari, exempla inde elicita perquirere, eorum ſcilicet qui Domini ipſius veſtigia inſequuti, pro Eccle-

Epheſ. 5.

Digitized by Google

ſiæ particularis ſibi commiſſæ tutela, ad extremos vſque ſpiritus decertantes, piè & fortiter occubuerunt. Quandoquidem ad tam acres conflictus non pertingat ea quæ nunc vertitur controuerſia. Sed tamen hæc ipſa ſanctorum Præſulũ exempla, quæ quibuſque conſpicua ſunt, docent & confirmant, id ex ipſo munere & proprio officio Eccleſiæ cuilibet Prælato incumbere, vt fortiter iura Eccleſiæ ſuæ propugnet, & potiùs cruorem ipſum profundat, quàm illius honorem à quoquam violari, & ſplendorem obſcurari patiatur. *gloſ. not. in c. Conuenior. 32. q. 8.* Et verò ſi ipſorũ Epiſcop. iura tueri Angeli cœlitꝰ immiſſi ſæpiùs viſi ſunt, vt Cardinal. Baron. notat tom. 9. fol. 142. Quando magis ipſi Epiſcopi, qui viſibiles Eccleſiæ Angeli ſunt & cuſtodes, Apoc. 1. 2. & 3. debent ipſas Eccleſias curæ

ſuæ diuinitus commiſſas defendere, cùm iura Eccleſiaſtica vt ſua Deus ipſe cuſtodiat, quæ ſane ſponſo & ſponſæ, id eſt, Epiſcopo & Eccleſiæ, ſunt communia? Nam Eccleſia eſt in Epiſcopo & Epiſcopus in Eccleſia. *gloſ. 1. in cap. Rodulph. 35. de Reſcriptis.*

Porrò cùm Epiſcopos teneri dicimus ad Eccleſiarum ſuarum tutelam & defenſionem, non tantùm hoc intelligimus de iurium recuperatione & bonorum conſeruatione, aut vindicatione: ſed maximè de immunitatis aſſertione & iniuriæ repulſione. Nam Epiſcopus Eccleſiæ ſuæ libertatem tueri inprimis debet, nec eam vnquam ſinere iugo nouo & illicito mancipari: ſplendorem verò eius aliquomodo imminui, nunquam debet permittere. Exempla nolo referre innumera, quæ ex Sanctorum praxi id inſi-

Digitized by Google

inſinuent & comprobent. Vnicum duntaxat, ídque egregij Martyris S. Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis, in medium proferam, ſeu potiùs aliàs inductum paucis repetam, quòd omnino faciat ad propoſitum. Sup. c. 8.
Çùm enim Rogerius Archiepiſcopus Eboracenſis prætextu legationis natiuæ qua ſe inſignitum fuiſſe aſſerebat à ſede Apoſtolica, Primatuſque totius Anglo-Britanniæ prædítus (vt contendebat) dignitate, Crucem ſublimem per prouinciam Cantuarienſem voluiſſet & cœpiſſet incedendo geſtare, prætendens ab Honorio II. Pontifice hanc ſuis deceſſoribus fuiſſe impertitam, authenticis tabulis, facultatem: S. Thomas ratus hoc in Eccleſiæ ſuæ dedecus ab illo fieri, & ad inferendum ſibi & ſucceſſoribus præiudicium malignè attentari: mox eiuſmodi conatibus acriter ſeſe oppo-

ſuit, nouitatẽ facti redarguit, Eboracenſis præſumptionẽ repreſſit, dignitatẽ ſuam tutatus eſt, & toto niſu ab Eccleſia ſua tam atrocẽ propulſauit iniuriã. Hic verò ille Martyr & Pontifex eſt, quem pro Eccleſia ipſa Eccleſia occubuiſſe agnoſcit, & cui ad ſuperna aduolanti, non Epitaphium, ſed glorioſum Elogium hoc appenſum eſt.

In officio ipſius Martyris.

Quis moritur? Præſul. Cur? Pro grege.
Qualiter? Enſe.
Quãdò? Natali. Quis locus? Ara Dei.

Breue ſed inſigne S. Thomæ Cantuar. elogium ab ipſis hæreticis euulgatum in commentario de Præſulib. Anglic. Londini edito.

Porrò tantus Athleta, tam inſignis & Sanctus Antiſtes, humilitatis ſpiritu imbutus, æquitatis zelo, ac charitatis feruore, & pacis amore (quæ dotes ſunt filiorum Dei) plenus; nunquam ferre potuit, vt Archiepiſcopus Eboracenſis, Crucem peraltam in ſua prouincia Cantuarienſi gereret, quamuis hic non ſolo Primatus (quem prætendebat)

Digitized by Google

titulo, ſed Legationis Apoſtolicæ natiuæ ratione, & ſpecialis priuilegij Pontificalis vigore, eiuſmodi prærogatiuam ſibi cõpetere aſtrueret. Quoniam Sanctus præmemoratus Archiantiſtes, hoc in ſuæ dignitatis depreſſionem, ſedis ſuæ iniuriam, perſonæ ſuæ & ſucceſſorum ſuorum contumeliam, nouo & inſolito auſu ſubreptitióque diplomate ab ipſo Eboracenſi intentatũ & vſurpatum fuiſſe affirmabat. Si, inquam, tam Sanctus & inclytus Pontifex, ita ſe geſſit, ita fecit; nemo eſt profectò qui poſſit Archiepiſcopũ Pariſienſem proteruiæ, ſuperbiæ, aut contentionis malignæ inſimulare: cùm eodem in caſu ſancti tam inſignis exemplum & quidem expreſſum inſequatur. Etenim idipſum Lugdunenſis Archiepiſcopus, (qui tamen nec iura, nec priuilegia habet quæ Eboracenſis

Digitized by Google

obtinebat) in Pariſienſis ſedis præiudiciũ nunc aggreditur, quod tunc in grauamen Cantuarieſis Eccleſię, Archiantiſtes Eboracenſis adniſus eſt. Eodem igitur ſpiritu, ijſdémque rationibus contra Lugdunenſis ipſius molimina, ſeſe & Eccleſiam ſuam Pariſienſis Archiepiſcopus tuetur, quibus S. Thomas contra Eboracenſis præſumptionem, ſedis ſuæ tutatus eſt dignitatem. Fœlicem igitur, hac in re, dixerim Pariſienſem Archiepiſcopum, qui facti ſui talem habet ſponſorem, talem ducem, talem auctorem.

At verò ex alia parte vicem eius doleo, quòd illum aduerſarium patiatur, quem patronum & tutelarem debuiſſet hoc in caſu experiri: vt poſſit nimis verè conquerendo dicere, Se ab illo perpeti iniuriam, à quo præſidium expectare debuiſſet. Certè D D. commune placi-

Digitized by Google

tum eſt ex ſacris Canonibus elicitum: *Qui me debet defendere, non me debet impugnare. gloſ. 2. in cap. fi. de Conſtitut.* Durum eſt igitur admodum, quòd Archiantiſtes Lugdunenſis, qui Eccleſiæ Pariſienſis nobiliſſimæ (quam ſibi addictam prædicat, vt Primati Galliæ Celticæ) ſe debuiſſet exhibere defenſorem, & illatam eidem à quocumque iniuriam ſtrenuè vendicare, ac honorem propugnare, & potiùs propagare quàm minuere, eius ſplendorem; ipſe, inquam, quem ita decuiſſet ſe gerere, ex aduerſo conſurrexerit, & ſedis huius ac Præſulis dignitatem deprimendo, ſuam efferendo, inaudita aggrediendo, iuráque noua affectando, iugum nouum & quidem grauiſſimum ipſis inferre contenderit, Primatus ſui immoderata dilatatione & Patriarchalis in Gallia poteſtatis (quam non habet)

Digitized by Google

repentina miniméque illi vnquam conceſſa inſignium geſtatione.

Sed nónne licebit Archiepiſcopo Lugdunenſi, eam vim inferre, hæc probra & præiudicia Archipræſuli Pariſienſi irrogare: & nefas erit ipſi Archipræſuli contra hos auſus & exceſſus inſurgere, & ſe Eccleſiámque ſuam tueri, ac illatam iniuriam propellere? Certè defenſio eſt de iure naturæ. *can. ius natur. diſt. 1.* Vnde defendere tenetur quilibet ius ſuum. *gloſ. 1. in can. Maximianus.* Quòd ſi defenſio competit ſeruo, quanto magis libero? *gloſ. 1. in cap. cùm inter. de except.* Si Clerico ſimplici permiſſa eſt, *gloſ. fugiens. in ſumma. 23. q. 3.* quanto magis Epiſcopo, & quidem Metropolitano? Si pro priuato commodo, quanto magis pro publico iure? Et ſi pro rebus prophanis, quanto magis pro ſacris? Si

Digitized by Google

pro priuata familia, quanto magis pro Eccleſia? Et ſi pro qua Eccleſia, quanto magis pro illa Eccleſia, quæ *fundatione* poſt Apoſtolicas eſt *primaria*, origine *antiquiſſima*, dignitate inter Gallicanas *fulgentiſſima*; ordine, diſciplina ac ſplendore *florentiſſima*; ſtatu ac amplitudine *præcipua*; honore *regia*; titulo *Chriſtianiſſima*? (eſt enim Lutetiana ſedes totius Chriſtianiſſimæ Eccleſiæ Gallicanæ ciuilis Metropolis, aliarúmque ſedium & Antiſtitum totiúſque Cleri apud Regem & Senatum benigna & aſſidua tutelaris.) Hanc igitur tam pretioſam gregis Chriſti portionẽ, tam nobilem, tam inſignẽ Catholicæ Eccleſiæ hereditatem Pariſienſis Archiepiſcop. proprius eius Angelus defenſare paruipendet, aut conſeruare non curabit? Certè tunc ſibi meritò poſſet eiuſmodi improperium applicare:

Pulcherrimũ Eccleſię Pariſ. Elogium.

Ideo Stephanus Torn. Epiſc. ſcribẽs ad Luciũ PP. III Epiſt. 100. Eccleſiam Pariſienſem eſſe dicebat, *nobilius membrum Regni Frãcorũ*.

Cant. 1. 6. *Poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodiui.* Etenim ſi cuſtos vineæ, aut potiùs Dominus, ſineret alienum colonum in illam intrare, & fructus eius præripere, ac ſibi (prætextu cuiuſdam cenſus) dominium eiuſdem ſupremum, affixis inſignibus proprijs, arrogare; profectò vineam ſuam ſic ille peſſimè cuſtodiret. Ita prorſus ſi Pariſienſis Eccleſiæ Antiſtes, Lugdunenſem, vel alium Præſulem ſineret in ſedem ſuam nouo conatu irruere, honorem ſuum ſurripere, iura ipſius Eccleſiæ temerare, eiuſdem dominationem, qualiſcunque Primatus ſui (qui nihil in re tribuit) obtentu, ſibi arrogare, & erectis ante ſe inſignibus, vt ſupremum in vrbe regia ſacræ politiægerens imperium, pompaticè procedere, populo benedicere, Clero imperare, Archiepiſcopo ipſi inſultare, & omnia

nia in eius dedecus moliri : Si hoc, inquam, toleraret Pariſienſis ipſe Præantiſtes, certè malè ſibi conſuleret, & peſſimè ſuæ proſpiceret Eccleſiæ. Nemo igitur dixerit illum iuſtam cauſam defenſionis non habere, cui talis neceſſitas ſe ſedíſque ſuæ iura tuendi, incumbit ; vt ſi hoc in caſu non ſe defenderet, ſubinde grauiſſima damna incurreret, & ſcelus admitteret, & opprobrium apud Deum & homines promereretur ſempiternum.

Sanè defenſio ipſa nihil ex ſe aliud innuit, quàm *ſe ſuáque tueri, & illatam vim repellere in continenti, ſine cupiditate nocendi alteri & ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ.* At profectò intra has metas Pariſienſis Archiepiſcopus neceſſariæ ſuæ defenſionis affectum & munus continuit hactenúſque continet : Nullam enim iniuriam Domino Lug-

Gloſa inferētem. in c. 3. de ſent excommun.

dunenſi irrogauit; illatam ab eo ſibi, non vi (vt licet) in eum retorſit: nec enim ideo Primatus eius iura explorata aliqua parte imminuit, aut reuerentiam illi debitam, ob prærogatiuam primæ ſedis, ſubtraxit. Nocendi verò illi nulla cupiditate tenetur: Nam ea charitate illum complectitur, qua ſemper illum coluit, nihílque aliud exoptat quàm vt ſedata hac controuerſia, pura inter illos, vt inter fratres, vigeat germanitas, beneuolentia mutua, pax & vnio perpetua. Et verò eiuſmodi contentiones, quæ aliquando inter Eccleſiæ proceres è zelo veritatis, æquitatis, ordinis & ſacræ Oeconomiæ emergunt, vinculum charitatis nunquam debent abrumpere. Nam diſſenſiones inter Sanctos præcipuos olim inſurrexerunt, quæ tamen illos à Chriſtiana nunquam ſeparauerunt cha-

ritate. Sic S. Paulus à S. Petro diſſenſit, Gal. 2. 11. S. Cyprianus à S. Stephano Papa & Martyre, S. Chryſoſtomus à S. Epiphanio, S. Hieronymus à S. Auguſtino, quos tamen charitas vnà cum Deo & cum ſeinuicem nexos vinctóſque ſemper coniunxit & tenuit.

At dices: *Pariſienſis Archiantiſtes non habebat vnde iuſtè cum D. Primate Lugdunenſi contenderet, quandoquidem ille nullam ei iniuriã inferebat, ſed tantùm iura Primatus ſui vindicabat, & prærogatiua ſuæ dignitatis vtebatur. Porrò defenſio vim illatam, vel inferendam ſupponit; ipſa autem nunquam debet exeri ſine moderamine inculpatæ tutelæ. At non inculpata eſt hæc qua vtitur Pariſienſis Præſul, aduerſus Dominum Lugdunenſem tutela: Imò potiùs eſt iniuſta, cùm ex hoc proſiliat, quòd Pariſienſis Archiantiſtes*

ſibi Primatem praeminere nolit, illi verò ſubeſſe dedignetur, reuerentiam exhibere detrectet, obedientiam recuſet, iura deniq; ipſius impugnet & priuilegia. Verùm ſi res ita eſſent, Lutetianus Præantiſtes multiplici culpa obſtringeretur. Sed totum hoc opuſculum, illum ab eo reatu facilè liberat, cùm perſpicuè oſtendat, & copiosè ac neruosè probet D. ipſum Lugdunenſem eam poteſtatem ſibi velle arrogare, hanc prærogatiuam conciliare, hoc ius & decus aſcribere, quod ipſi hiſtorici Lugdunenſes, deceſſores eius aliquando affectaſſe, aut prætendiſſe, aut aſſumpſiſſe, nuſpiam commeminerunt. Quódque, nec à iure, nec à conſuetudine, nec à ſpeciali priuilegio, ſibi queat aſtruere. Imò quod, vt indicatum eſt, nulla ratione ipſi competere poſſit. Igitur ſicut, nec æquum fuerat illum id exigere:

ſic nec Pariſienſi Archiepiſcopo integrum fuiſſet, eiuſdem facultatis & nouæ poteſtatis vſurpationem illi permittere. Profectò conatus iſte Lugdunenſis Præantiſtitis, tanti eſt ponderis, vt ni properè Pariſienſis Archiepiſcopus illi obſtitiſſet, obruta iam iacuiſſet Eccleſiæ Pariſienſis dignitas, proſtrata Archiepiſcopi ipſius auctoritas, calcata inſuper debita ipſi in ſua ſede reuerentia. Neque hoc ſolùm, ſed ordinaria quoque poteſtas paſtoralis (quam in vrbe regia ſolus habet vt proprius Epiſcopus) per extraordinariam hãc Primatus potentiam fuiſſet pridem ſuppreſſa, aut abſorpta. Quandoquidem vt maius lumen offuſcat minus, ſic maior poteſtas inferiorem obuiã facilè aut deijcit, aut cõprimit. Adde quòd inſignia iura deſignant, & non tantùm dignitatem ex ſe ſingula indicant, ſed inſuper nonnulla

ipſam indigitāt poteſtatē. Híncque Abbas *in cap. antiqua. num. 10. & in c. 1. vt lite non conteſtata. n. 7.* veram, vtilem adeóque receptam paſſim tradit diſtinctionem. Nimirum quòd quædam ſint inſignia denotantia iuriſdictionem ſeu poteſtatem in loco, vt Crux peralta, & pallium: *& iſtis nemo vti poteſt*, inquit, *extra ſuam prouinciam, ſine ſpeciali priuilegio*. Ratio eſt, quia hæc ordinariam inſinuant proprij Metropolitæ, vel ſupremam ſummi Pontificis, poteſtatem. Quædam autem ſunt inſignia quæ ſolam denotant perſonæ dignitatem, & hæc vbique poſſunt Prælati gerere. Siquidem poſſunt quocumque loco perferre Crucem pectoralem, annulum, Rochetum, mantellum, & Caputium Epiſcopale: Imò & de licentia ordinarij Pontificis poſſunt celebrare (ſicut feciſſe Pariſijs, de-

Nota, quædā eſſe inſignia, quæ indicant ſolùm dignitatem: quædā verò alia quæ denotant etiā poteſtatem.

Porrò Crucē peraltā, ſicut & pallium, indiciū eſſe non modò honoris, ſed inſuper iuriſdictionis.

functum D. de Marquemont Lugdunenſem Præantiſtitem commemorauimus) cum mitra & baculo. At nunquam cum ſublimi Cruce poſſunt diuina peragere, aut ijs intereſſe, aut in publicum cum hoc vexillo prodire & procedere: quoniam hoc fieri non poſſet ſine graui Metropolitani, aut diœceſani Antiſtitis præiudicio: ſiquidem crux ſic præerecta eſt non modò dignitatis ſed poteſtatis ſignaculum, qualem non habere Primatem in Prouincia aliena, aut diœceſi ſuæ Metropoli non ſuffraganea, manifeſtum eſt. Nam etſi Primas ſit dignior gradu Metropolitano: non tamen deſpoticum imperium habet ſuper eum, nec quicquam in eius Prouincia poteſt. Imò nec in diœceſi ſuffraganei eius: ex ſacro enim iure ſancitum eſt, *vnumquemque Epiſcopum ſuæ diœceſis poteſtatem,*

Digitized by Google

vt eam regat & gubernet, habere oportere. can. per ſingulas. 9. q. 3. Indéque Beda ſcribens in Apocalypſim obſeruat, S. Ioannem ſcripſiſſe Eccleſiarum Aſiæ Epiſcopis, ſeu, vt eos vocat, *Angelis*, de peccatis ſubditorum; quia etſi eſſet Apoſtolus, creditas his paſtoribus oues corrigere & iudicare non præſumebat, ſed ad ipſos Epiſcopos iudicium eiuſmodi referebat. Et verò hunc quibuſque alijs prædilectum à Domino Apoſtolum, Patriarchatum in Aſia geſſiſſe, & veram officij huius formam Primatibus expreſſiſſe, S. Hieronymus indicat, vbi commemorat ipſum Epheſi ſedem conſtituiſſe & ibidem perſeuerando, inde Aſiæ vniuerſis præfuiſſe Eccleſijs. Quo exemplo clarum eſt, formam Patriarchis & Primatibus eumdem Apoſtolum præſtitiſſe, non per loca diſcurrendi (nam ſic in

Lib. de Scriptorib. Eccleſiaſt. in ipſo Ioanne.

Digitized by Google

in Epiſcoporum officia irruerent, aut frequentiori ſua præſentia & concurſu illorum honorem imminuerent) ſed in propria Eccleſia reſidendi, & inde vt è ſublimiori ſpecula vniuerſæ regioni quæ illis addicta eſt, proſpiciendi, quantum ad fidei integritatem & communitatis curam, ac querelarum quæ ad eos referuntur (ob reuerentiam primæ ſedis) diſquiſitionem. Inde eſt quòd Primas extra propriæ Metropoleos limites, ius non dicit: & quòd de cauſis addictorum ſibi Epiſcoporum non cognoſcit, niſi per appellationem ad ipſum, conſiſtentem in loco propriæ ſedis, deuolutam, *11. q. 1. peruenit, & extra. de officio deleg.* Hoc autem ſatis apertè prodit, Primatem nullam in diœceſi, vel prouincia alterius Antiſtitis, etiam ſibi obnoxij, habere propriè dictam poteſtatem: ſed tantùm emi-

Nota: Primas iuriſdictionem non exercet extra ſuam peculiarem prouinciam.

Digitized by Google

nentiam honoris, cuius virtus & actus Primatiali ſedi ita inhæret, vt extra hanc ſphærã, vim eius & energiam Primas ipſe exerere nequeat: Et hinc eſt cur nec pallium extra hunc circulum perferat, vt iam notatum eſt. Proinde etiam non mirum eſſe debet, quòd neque Crucem poſſit ſublimem extra has metas gerere; cùm ipſa ſit nota poteſtatis; quam nullam (vt ex dictis conſtat) Primas habet, in Prouincia, vel diœceſi alterius Antiſtitis. Quando igitur Præantiſtes Lugdunenſis id præſumit, non dubium quin & Primatialis auctoritatis vires exuperet, & proprios fines tranſiliat, & in iura Metropolitani irruat, ac in eius dedecus ſe efferat: ſic enim illius ad ſe traducit ſplendorem, & honorem, ac poteſtatem vſurpat. Archiepiſcopus igitur Pariſienſis qui his exceſſibus reluctatur, *inculpata ſeſe*

Digitized by Google

defendit tutela: Cùm id faciat dumtaxat, vt illatam ſibi & Eccleſiæ ſuæ iniuriam repellat, eámque profectò grauiſſimam. Non enim ita ſe gerit ipſe Archiantiſtes, quòd Primati ſuo ſubeſſe nolit, cùm hactenus lubens agnouerit, & ſtatutam à ſede Apoſtolica religiosè ſeruauerit, graduum eiuſmodi ſubordinationem. Nam & hodie appellationes è ſede ſua ad Lugdunenſe ſolium permittit deuolui. Reuerentiam verò eamdem quæ à deceſſoribus ſuis, Lugdunenſibus Primatibus exhibita memoratur, ipſe, quamuis Archiepiſcopali honore auctus, etiamnum rependit: vt nihil arguere poſſit modernus Lugdunenſis Præantiſtes, quo hanc obſeruantiam Archiepiſcopus Pariſienſis temerarit. At quòd attinet ad obedientiæ exhibitionem, iam inſinuauimus, hanc non poſſe, nec debere

Appellationũ deuolutio & ſuſceptio, eſt propria nota Primatus, ex S. Bernardo lib. 3. de conſid. c. 2.

Digitized by Google

ab Archiepiſcopo Primatem exigere: Nam ſoli ſummo Pontifici, obedientiæ, quilibet Metropolita, præſtat ex veteri more, ſponſionem. Quapropter vt ſuprà inſinuatum eſt, iam olim Iuo Carnotenſis Epiſcopus, Hugonem Lugdunenſem Archipræſulem acriter redarguit, quòd ipſe Archiepiſcopum Senonenſem prohiberet conſecrari, niſi priùs ſibi Primati Lugdunenſi, iure Primatus, obedientiam profiteretur. *Cùm de profeſſione à Metropolitanis Primatibus facienda* (inquit ipſe Iuo, conquerendo de hac præſumptione ad Vrbanum Papam) *nihil legamus conſuetudine firmatum, vel legibus inſtitutum, vltra quas metas nihil Primatibus conceſſum eſſe Papa Nicolaus teſtatur.* Non igitur debet Archiepiſcopus Primati obedientiam, ſed reuerentiam. Et hæc eſt ratio cur Primas ipſe prohibeatur, *ap-*

Epiſt. 65.

Digitized by Google

pellari PRINCEPS SACERDOTVM,*aut* SVMMVS SACERDOS,*ſed dici duntaxat debeat* PRIMÆ SEDIS EPISCOPVS. *in Cōcil.3.Carthag.can.26*. quia ſcilicet etſi honoris prærogatiua cæteris emineat Epiſcopis,non tamen de rebus illorum, aut iuribus diſponit, nec poteſtatem eorum, aut curam, aut honorem ad ſe poteſt pertrahere, *can. conqueſtus eſt.9.q. 3*. Quinimo nec ratione ſui Primatus aliquid poteſt ſine illorum adſtipulatione decernere. *gloſ. fi. in can. placuit.16.q.6*. Sed vt etiam annuamus, quòd quia illis præcellit honore ſedis, Primatus ſui auctoritate, aliqua etiam poſſit illis aliquando præcipere: Anne ſequitur, quòd ideo poſſit ille, aut debeat quæcumque illi libuerit ijſdem imperare; Ita vt iniuſta & illicita præſumens, etiam in his auſibus & exceſſibus, ſibi à Metropolitis & Epiſcopis vl-

tro obtemperari velit? Nemo eſt qui hoc admittat. Cùm igitur Archiantiſtes Lugdunenſis, Pariſijs degens magna parte temporis, inſignia ordinariæ, aut ſummæ poteſtatis, ſibi minimè vſquam conceſſa, arrogare contendit, & Pariſienſi Archiepiſcopo, cui hanc irrogat iniuriam, præcipit, non modò vt ſibi hæc aggredienti morem gerat, ſed inſuper vt ſibimet, per vrbem regiam, hoc apparatu, quotidie incedenti, minimè vſpiam cum dignitatis propriæ, hoc eſt poteſtatis Metropolitanę inſignibus, occurrat; Verùm ſi vſpiam ſecum fortè cõcurrerit, mox ille ad ſuã præſentiã ſacras has faſces demittat, vel deponat; quæro obnixiùs, an teneatur Pariſienſis Archiepiſcopus Primatis imperijs tam illicitis, addo & inſolitis auſibus obſecundare? Sed ſuperuacaneum fuerit hoc perquirere, cùm ſacra

Digitized by Google

lex iniuſto Prælati mandato, obedire prohibeat, *Cap.dilect. De temp. ordinand. & cap. ſolicitudinem. 54. de appell.* Igitur hoc in caſu debet Archiepiſcopus Pariſienſis Lugdunenſi Primati reſpondere quod dudum iam citatũ Iuonẽ Carnotẽſem, Epiſt 60. Hugoni illius deceſſori Primatum ſuum immoderatè efferenti, ſcripſiſſe commeminimus. *Attendere debet prudentia veſtra, quorum inſtitutio ſit potiùs tenenda, vel quibus obedientia ſit potiùs exhibenda, an illis ſanctis Patribus. qui adhuc nobis in ſcriptis ſuis loquuntur, an vobis, quibus cùm nihil aliud propoſitum eſſe debeat, niſi priorum ſequi & honorare veſtigia; ea tamen quæ antiquitas ſanxit, conſuetudo ſeruauit, & venerabilium auctoritas Patrum ſacra firmauit, prout vultis, minuitis & mutatis. Miramur cur priuatis legibus & nouis traditionibus veteres*

Digitized by Google

traditiones & conſuetudines remouere contenditis. Et id exigitis, quod hactenus nec in Senonenſi (& conſequenter nec in Pariſienſi, quæ ex illa decerpta eſt) nec in alijs prouincijs, antiquitas inſtituit, nec conſuetudo ſeruauit.

Hæc verò ſatis ſupérque probant Lugdunenſem Archiantiſtitem illicita pertentare, proindéque Pariſienſem Metropolitam eidem iure repugnare, cùm non poſſet illi, quæ exigit permittere, citra dignitatis ſuæ diſpendium, Eccleſiæ ſuæ præiudicium, famæ propriæ iacturam, & conſcientiæ deliquium. Fas igitur ipſi non modò, ſed neceſſe fuit hanc defenſionem, vel inuitè ſuſcipere; qua tamen moderatè vſus eſt, cùm nihil aliud ſtuduerit quàm ex bello inuoluntario pacẽ optatã quærere: ſed interea non vi, ſed ratione iniuriam illatam propulſauerit, adſuerarium

Digitized by Google

uerſariũ autem ipſum delinire amicitiæ officijs, ac obſeruantiæ obſequijs, ſolicitè procurauerit. Nemo igitur inficiabitur Pariſienſem Antiſtitem, hac in defenſione ſe geſſiſſe, *cum moderamine inculpatæ tutelæ.* Nec eſt quòd eum inſimulet Primas Lugdunenſis, quòd hac reluctatione iugum Eccleſiæ ſuæ velit excutere & Primatum ſenſim ſubruere; nam Pariſienſis Archiepiſcopus nihil optat Primatui Lugdunenſi derogari, ſed petit duntaxat iura Eccleſiæ ſuæ conſeruari. Non ſatagit vt prærogatiua Eccleſię Lugdunenſis abrogetur, ſed vt ſuæ dignitas non imminuatur: Non contendit vt iura Eccleſiæ ipſius Primatialis coarctentur: ſed tantùm efflagitat ne in ſuum diſpendium dilatentur. Exoptat vt res eo ſtatu permaneant, quo hactenus conſtiterunt. Exigit vt vſus antiquus vigeat,

Digitized by Google

& quod Patres harum Eccleſiarum vtrimque hactenus ſeruauere, inconuulſis radicibus fixum permaneat. Expoſcit vt D. Primas modernus Lugdunenſis non plura, nec potiora ſibi vendicet, quàm conſtat per ſeriem deceſſores ſuos ſibi adſtruxiſſe, quorum nonnulli fuêre Cardinales, nonnulli regij etiam ſtemmatis Principes, plurimi ſanè doctiſſimi, omnes ſagaciſſimi. Hos enim nemo dixerit ignoraſſe quæ iura ſibi & ſedi ſuæ competerent; aut cùm illa cognoſcerent, eadem parui pendiſſe, & ſic negligentia ſua, aut ignauia, aut malitia, prærogatiuas propriæ dignitatis perdidiſſe, vel prodidiſſe. At verò nemo ex illis, id quod contendit nouus iſte Primas, vnquam tentauit, imò nec ſomniauit. Sicuti, nec vllus illorũ timuit, ne Pariſienſis Antiſtes, ſubordinationem ſedis ſuæ & depen-

Digitized by Google

dentiam à Primatia Lugdunenſi aliquando euerteret, & iugum iſtius ſubiectionis excuteret. Siquidẽ omnibus teſtata fuit huc vſque Pariſienſium Antiſtitum modeſtia, qui cùm eſſent S. Dionyſij Areopagitæ, viri Apoſtolici & inclyti Martyris Galliarum Apoſtoli, ſucceſſores; vrbíque regiæ, toto orbe illuſtriſſimæ Pontificio honore præſiderent, Regúmque & Procerum pollerent beneuolentia, ac perenni ſedis Apoſtolicæ gratia, variíſque meritis ſolium ſuum illuſtrarent, nuſquam tamen conati ſunt, vel minimùm, Cathedram ſuam celſiori ſacri honoris faſtigio ſublimare, vel ſæcularis gloriæ titulis, vt Comitatus, aut Ducatus (quibus alij Galliarum Præſules nonnulli etiamnum enitent) nobilitare. Etenim ad noſtra vſque tempora in ſtatu primario perſtiterunt, nec iura, aut priuile-

De Dionyſio protopræſule Pariſienſi, VERO AREOPAGITA, fusè diſſeruimus, cùm aduerſus hæreticos in hiſtoria noſtra Chronologica pugnæ Euchariſticæ, part. 2. c. 3. tũ contra Criticos auitæ traditionis cẽſores & exploratæ veritatis impugnatores; in Metropoli noſtra Lutetiana à pag. 22. ad 29. vberiúſq; adhuc de eodem Dionyſio tractauimus in libro de Origine Eccleſiarũ Galliæ, pondũ euulgato.

gia ſpecialia à ſede Apoſtolica efflagitarunt, quibus inter Gallicanos Epiſcopos, qui paſſim in vrbem ipſam regiam concurrunt & conueniunt, magis ſpectabiles euaderent & honoratiores. Quinimò cùm Innocentius III. ſacro pallio Epiſcopos Pariſienſes exornaſſet, hanc prærogatiuam ſibi vltro delatam, minimè acceptauerunt, ſed modeſtia incredibili, continua adſtipulatione, hoc decus admittere recuſarunt. Nullus enim fuit qui hoc inſigni priuilegio & Apoſtolico beneficio vnquam vti voluerit. Sed & cùm ſummi Pontifices Eccleſiam & ſedem Pariſienſem, ob vrbis dignitatem, à Romana Eccleſia (vt Seuertius agnoſcit) immediatè pendere decreuiſſent, hac immunitate Epiſcopi ſanctiſſimi noluerunt frui, ſed exemptione ipſa, ſolo ſummi templi Capitulo relicta, ſe ſub

Digitized by Google

vniuerſalis Eccleſiæ capite, cum ſede & vrbe ipſa, totáque diœceſi, ſecundùm veterem Eccleſiæ formã, Metropolitano adhærere,& illi ſubeſſe ac ſuffragari, atque Primati etiam ſubiacere voluerunt. Et ſanè Eccleſia Pariſienſis Præantiſtitum ſuorum quaſi innata moderatione, ſimplicis Epiſcopatus titulo etiamnum cenſeretur; ni eius exaltationem Rex noſter Chriſtianiſſimus Lvdovicvs XIII. (magnarum rerum in manu Dei mirabile inſtrumentum) pro ſua in Deum pietate, in ſanctiſſ. Deiparam deuotione, in Eccleſiam Pariſienſem ſpeciali propenſione, ac erga vrbem ſuam primariam amore,ſtrenuè prouexiſſet, & à ſede Apoſtolica, ſua interuentione,impetraſſet. Quis igitur hac rerum ſerie perſpecta, de Eccleſiæ Pariſienſis Præſulibus,vel minimam iure poſſit ſuſpicionem conijcere,

Digitized by Google

quòd Primatum Lugdunenſem deijcere, & vniuerſarum Galliarum ſacrum vnquam velint ad ſe traducere principatum? D. Primas Lugdunenſis hoc pertimeſcendum ſuggerit, *quia*, inquit, *regiæ vrbis obtentu, Primatiæ Lugdunenſi ſubjacere dedignabuntur, ſed etiam pedetentim veſtigia Conſtantinopolitanorum Antiſtitum tenentes, ex Archiepiſcopatu ad ſummum quemdam Primatum cōſcendere adnitētur.* Quod ſanè merũ & mirũ eſt conflandæ Pariſiẽſi Archiepiſcopo inuidiæ artificium. At ſi Pariſienſes Antiſtites eo ſpiritu imbuti fuiſſent quo Conſtantinopolitani Archiepiſcopi; non per mille & ducentos circiter annos, quibus vrbis regiæ titulo & honore Lutetia prȩfulget in Gallia, intra terminos quibus conſtiterunt ſeſe continuiſſent, ſed aliquid ſaltem moliti fuiſſent, quo ambitum eiuſ-

Digitized by Google

modi propalaſſent. Verùm nuſquam id contigit. Igitur tam malum omen non eſt augurandum, nec quid eiuſmodi præſumendum eſt, de illius ſedis Præſulibus, qui ſoli ferè in Orbe hac inſigni & ſingulari animi moderatione enituerunt: vt regiæ vrbis conſideratione nihil hucvſque auctoritatis, poteſtatis, aut prærogatiuæ ſuper Coëpiſcopos ſuos ſibi deferri procurauerint, vel etiam cogitarint. Abſit dicto inuidia. Singulare eſt (in regiarum eiuſmodi vrbium Præſulibus) hoc exemplum: ídque quaſi peculiare eſt Pariſienſium Antiſtitum decus, quòd eius virtutis, quæ Chriſto fuit chariſſima, omnes amãtiſſimi fuerint, ambitionis verò fuligine nunquam fuerint aſperſi: cùm, vt loquitur Apoſtolus, *nunquam ſe ſuperextenderint*, ſed intra menſuram perſtiterint, quam illis 2.Cor. 10.14.

Digitized by Google

Deus ipſe ab initio menſus fuerat. Qui ſanè diebus noſtris illos *ſuperius aſcendere* voluit; vt eorum humilitatem hac honorificatione compenſaret, quam per ſui Vicarij miniſterium illis tandem impertitus eſt. Caueat igitur D. Lugdunenſis, ne dum Pariſienſes Præſules, quos Deus hac prærogatiua voluit illuſtrare, nititur deprimere, & nouæ ſeruitutis iugum illis inijcere, ac exorbitantia iura in eorum dedecus ſibi arrogare; ipſius Dei conſilio aduerſetur. Potiúſque ſibi & ſucceſſoribus ſuis conſulat, ne in ambitum erumpant quem Pariſienſibus futurum auguratur. Etenim cùm iam à quingentis annis, quibus maximè Lugdunenſis Primatus inualuit, Hierarchæ Lugdunenſes quaſi perenni contentione adniſi ſint auctoritatem ſuam propagare & potentiam ſuam in immenſum prouehere:

uehere: Sic vt aliqui Metropolitanorum ſibi voluerint conciliare ordinationem, ab illis obedientiæ exigere ſponſionem; ſuffraganeorúmque eorumdem ſibi etiam attribuere conſecrationem; Alij, Concilia Nationalia ſine Pontificis iuſſu & Regis aſſenſu indicere, & ad illa extra proprias Prouincias Metropolitas & Epiſçopos ſibi minimè addictos, imperioſo mandato euocare: Seſe abſolutè *Primates Galliarum* inſcribere: abſque vlla eiuſmodi dignitatis, aut tituli huius honorifici collatione Pontificia: Alij appellationes à ſe ad ſedem Apoſtolicam directas floccipendere, & nihil illis deferre. Alij denique & alia propè innumera pertentare, quibus Patriarchatum in Gallia ſibi compararent, & etiam confirmarent: Non certè temere eſſet de ſucceſſorum intentione ſuſpicandũ,

Notabiles exceſſus Lugdunenſium Primatum.

Vide S. Bernard. Ep. 166. & 167. ad Innoc. Pap.

quòd deceſſorum ſuorum molimina non deſerent; ſed his magis inſiſtent, ídque quod prædeceſſores ſui cœperunt, perficere aliquando conabuntur. Et quidem Archiantiſtes ille qui hodie primæ huius ſedis fert infulas, iam permittit ſe *Primatem Primatum* (quo titulo nunquam ipſe nec deceſſores ſui à ſede Apoſtolica inſigniti fuerunt) inſcribi & nuncupari, publicè editis ſibíque dicatis libris, quibus ipſe Primatus Lugdunenſis non modò ſtabilitur, ſed etiam in immenſum dilatatur. Cùm igitur eodem momento temporis Crucem Patriarchalem (nam Primatialis nulla eſt) vbique præ ſe ferre per Primatiam aggrediatur (ſine vlla canonica conceſſione, aut præuio exemplo) ídque maximè in vrbe regia decus ſibi vendicare & aſtruere contendat: nihil certè aliud

Digitized by Google

de intentione eius iudicandum videretur, quàm quòd per eiuſmodi inſignia, potiora, quàm ſint ſimplicis Primatus iura, perquirat: Et vel ipſum ſuum Primatum in Patriarchatum velit tranſmutare, aut ſanè Eccleſiæ Pariſienſi peculiare bellum indicere, atque illam, data opera, in ipſis exaltationis eius primordijs deprimere, atque efflorentem eiuſdem gloriam quaſi proculcare conari.

CAP. XV. & vltimum.

Inſtante apud Chriſtianiſsimum Regem noſtrum & præcipuos Galliarum Præſules, Pariſienſi Archiepiſcopo, hanc totam controuerſiam ſecundùm diuinam inſtitutionem & ſacros canones, deuolutam fuiſſe ad ſummum Pontifi-

cem, ſub cuius præſidium ipſe Antiſtes confugit, Sanctitatiſque ſuæ ſupremũ ſupplex efflagitat exoptátque iudicium.

SICVT antiqua Synagoga ſummum habuit à diuina inſtitutione ſacerdotem, ad quem familiarum electi populi principes, ipſique ſacerdotes & Leuitæ, ſi quid ambiguum accidiſſet, deferrent; cuius & ſupremo arbitrio in omni controuerſia neceſſe eſſet prorſus acquieſcere: ſic planè Chriſtiana Eccleſia, maximo Dei munere, habet ſummum nouæ legis Antiſtitem maximúmq; Pontificem, ad quem ſuborta referat quælibet diſſidia doctrinæ, aut negotia diſciplinæ. Hic enim, quoniam Chriſti Ieſu æterni Pontificis Dei hominúmque mediatoris Vicarius, ac Beatiſſimi Apoſtolorum

Deut. 17.

Digitized by Google

Principis ſucceſſor, in altiſſima militantis Eccleſiæ ſpecula diuina diſpoſitione collocatus, totius Dominici ouilis per vniuerſum orbẽ diffuſi curam gerit, ex credito ſibi Apoſtolicæ ſolicitudinis officio, debet non modò omnes quæſtiones quę de doctrina emergunt dirimere, ſed & vniuerſas cõtrouerſias quæ (circa ſacrã policiã) in populis inſurgunt, vel etiã inter Eccleſiæ proceres incidunt, vt maieſtate, & auctoritate ſuperior, diſcutere & ſuo ſupremo arbitrio terminare. Dum enim Chriſtus Dominus Petro primitus hoc munus maximum demandaret, vt poteſtate illum muniret, *claues regni cœlorum* illi contulit; vt verò circa omnes illã exerceret, non modò ipſe Dominus *agnos ſuos*, ipſi & eius ſucceſſoribus, *paſcendos commiſit*, ſed & *ipſas oues* illius ſubiecit curæ & addixit imperio. Et hinc eſt quòd

Cõcil. Chalcedon. act. 1. 2. & 3. paſſim vocat Romanũ Hierarcham, *vniuerſalis Eccleſiæ Pontificem*. Et in Epiſtola ſynodali ad S. Leonẽ, cuſtodiam vineæ à Saluatore ipſimet cõmiſſam fuiſſe aſſeuerat.

Math. 16.

Ioan. 21.

S. Bernar. lib. 2. de Conſil. c. 8.

ſicut ouis à paſtore non modò expectat pabulum, ſed etiam quotieſcumque perurgetur, feſtinanter ad illum recurrit, eiúſque efflagitat præſidium: Sic non modò Laïci & Clerici, ipſiq; etiã Epiſcopi à ſummis illis Eccleſiæ ſub Chriſto Paſtoribus alimoniam veræ & ſinceræ doctrinæ iugiter perceperunt: ſed & in preſſuris ſuis ad illos, vt ad aſylum, confugerunt, cauſáſque omnes quas habuere, ad illius iudicium, vt cœleſte veritatis & æquitatis in terris oraculum, perenni vſu retulerunt.

Sanctus Athanaſius, inclytus aſſertor gloriæ Dei hominis, hunc morem, hunc ordinem, non modò ſuo exemplo indicat in Eccleſia ab initio fuiſſe obſeruatum, ſed inſuper ſuo grauiſſimo confirmat teſtimonio. Sic enim ab aduerſarijs ſuis diriſſimè laceſſitus & oppreſſus, ſcribit Felici ſummo Pontifici,

Digitized by Google

exigens paſtorale illius patrociniũ. *Ob id vos prædeceſſoréſque veſtros, Apoſtolicos videlicet Præſules, in ſummitatis arce Dominus conſtituit, omniúmq; Eccleſiarum curam habere præcepit, vt nobis ſuccurratis, nóſque tuentes,* QVIA VOBIS OMNE EPISCOPORVM IVDICIVM EST COMMISSVM, *liberare non negligatis. Vos ergo periclitantibus ſubuenite, oppreſſos roborate, tribulatis manum porrigite, talia prohibete.* Et ſubinde annectit. *Antiquis enim regulis ſancitum eſt, vt quidquid, quamuis in remotis, aut longinquè poſitis prouincijs ſuper Epiſcoporum querelis ageretur, non priùs tractandum, vel accipiendum eſſet, quàm ad notitiam almæ Sedis veſtræ fuiſſet deductum.* Et verò non tantùm de fidei quæſtionibus & morum cenſura ac ſacra Cleri & populi diſciplina, ſupremum Romano Pontifici priſci Eccleſiæ Præ-

Extat tom. 1. Cõcil. part. 1. nomine eiuſdem Athanaſij & Epiſcoporũ Ægypti congregatorũ in ſynodo Alexãdrina. Eius fragmentũ citatur in Concilio Chalcedonenſi act. 1.

ſules detulerunt iudicium : ſed & omnium controuerſiarum quæ inter ſe, ob iura Eccleſiarum ſuarum, aut propriarum iniurias perſonarum inciderunt, ſummam, ad illius reuocarunt arbitrium. Sic è Syria fecit [a] Paulinus in contentione contra Meletium; è Græcia [b] S. Flauianus CP. contra Dioſcorum, [c] Ignati⁹ itidẽ C P. contra Photium; Ex Anglia [d] S. Vualfridus Eboracenſis Antiſtes contra Theodorum Cantuarienſem, [e] S. Thomas Cantuarienſis aduerſus Rogerium Eboracenſem. Ex Gallia, [f] Simplicius Viennenſis contra Hilarium Arelatenſem. [g] Sigebodus Narbonenſis contra Rodulphum Bituricẽſem, [h] Hincmarus Laudunenſis aduerſus Hincmarum Remenſem, [i] Iuo Carnotenſis contra Richerium Senonenſem, [k] Dambertus etiam Senonẽſis contra Ioannem Lugdunenſem.

At

a Teſtatur S. Baſil. Epiſt. ad Terentiũ, quæ legitur in editione Nuciana pag. 764.
b Liberat⁹ Archidiac. Carthag. in Breuiar. de cauſa Neſtorij & Eutychetis c. 12
c In libello appellatorio ad Nicolaum I. PP. directo per Theognoſtũ olim exarchũ: apud Baro. tom. 10. ſub ann. 861. Vide etiam acta 8. Cõcil. general.
d & e Repete illa quæ de vtriuſq; facto diximus c. 7. & 8.
f S. Leo Epiſt. 89.
g Ca. conqueſtus. 9. q. 3.
h Lege Epiſtol. 3. Hadriani II. ad Carol Caluum Regem. Et acta ſynodor. Attiniacenſis, Vermeriacæ & Trecenſis, Tom. 4. Cõcil.
i Iuo Epiſt. 8. 35. & 50.
k Apud eumdem Iuonem locis citatis c. 11.

At verò non ex horum nutu, aut rerum vſu, ſed ex iure ipſo talis conſuetudo promanauit. Siquidem cùm ſedes Apoſtolica ſit radix religionis & fons ſacerdotij (etenim *ex ea*, vt ait S. Cyprianus, *vnitas ſacerdotalis exorta eſt*) æquum certè & neceſſarium eſt, vt omnes vbiq; Eccleſiarum Antiſtites huc recurrant ſicut ad ſcaturiginem, quandocumque de illorum iuribus, aut honoribus agitur, qui ſanè inde ſuam originem deprompſerunt. Qua & ratione olim S. Iulius, I. nomine, Pontifex, Orientales reperitur obiurgaſſe, quòd officio ſuo hac in parte minimè ſatisfeciſſent, illóſque ideo non leuioris, ſed grauiſſimi piaculi reos etiam iudicaſſe. *Quam culpam*, dicebat, *incurrere non potuiſſetis, ſi vnde conſecrationis honores accipitis, inde legem totius obſeruantiæ ſumeretis, & Beati Petri ſedes,*

Lib. 1. Epiſt. 3. & lib. 2. Epiſt. 10.

S. Iren. lib. 3. contra hæreſ. c. 3.

In Epiſtola ad Orientales, quę extat in Apologia ſecunda S. Athanaſij, tom. 2.

Digitized by Google

quæ vobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, eſſet Eccleſiaſticæ magiſtra rationis. Porrò hic ordo in Gallia ſemper intemeratè ſeruatus eſt: non tantùm quia Antiſtites noſtri eiuſmodi reuerentiam Apoſtolicæ ſedis Pontifici religiosè impenderũnt: ſed inſuper, quia Chriſtianiſſimi Reges noſtri, id ſuis ſanctionibus obſeruari exactiſſimè præceperunt. Extat inter Capitularia Caroli Magni, inſignis hac de re conſtitutio: quæ ſic incipit. *In memoriam Beati Petri Apoſtoli, honoremus ſanctam Romanam & Apoſtolicam ſedem, vt quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis, Eccleſiaſtica eſſe debeat magiſtra rationis.* Nec modò maximus ille Imperator hoc decreuit, ſed præterea ex ſacrorum Canonum præſcripto conſtituit, vt quoties cauſa eiuſmodi occurreret, aut etiam controuerſia

Eccleſiaſtica inſurgeret, Epiſcopi ad Pontificem recurrerent, & ad illius iudicium omnia ſua referrent diſſidia, aut grauamina. Sic enim edicit pientiſſimus Princeps, qui Orbis lumen, Eccleſiæ columen verè fuit. *Vt omnes Epiſcopi qui in quibuſdam grauioribus pulſantur cauſis, quotiens neceſſe fuerit, liberè Apoſtolicam appellent ſedem, atque ad eam quaſi ad matrem confugiant, vt ab ea, ſicut ſemper fuit, perfulciantur, defendantur & liberentur. Cuius diſpoſitioni omnes maiores Eccleſiaſticas cauſas & Epiſcoporum iudicia,* ANTIQVA APOSTOLORVM *eorúmque ſucceſſorum atque Canonũ auctoritas reſeruauit. Quoniam culpantur Epiſcopi, qui aliter erga fratres egerint, quàm eiuſdem ſedis Papæ fieri placuerit,* &c. Et alio rurſus Capitulo. *Si fortè (quod non optamus) aliquem Epiſcopum contra*

Vel Ludouic. Pius eius filius in Additione 4. ad Capitularia, n. 16.

Lib. 7. c. 345.

Digitized by Google

proprium Metropolitanum, vel contra alios quoſque (Primatem, v. g. vel Patriarcham) *aliquid cauſæ habere contingat, decreuimus, ob hoc, ſedis Apoſtolicæ iudicium petendi licentiam habeat: quod ſcitis Canonũ etiam antiquorum Patrum inſtitutione permiſſum.* Nempe in Sardicenſi Concilio can. 4. & 7. in Concilio Romano ſub S. Silueſtro, can. vlt. In ſecundo Concilio vniuerſali, vt patet ex Epiſt. ſynodali ad Damaſum, quæ extat apud Theodoretum lib. 5. cap. 9. In Oecumenica ſynodo Epheſina, vt liquet ex Patrum Epiſtola ad Cæleſtinum PP. In Concilio Rom. I. ſub Symmacho, & inſuper in octaua Synodo generali, actione 7. De quorum Canonum antiqua & perenni praxi in Gallia conſtat ex Epiſt. 89. S. Leonis Papæ ad Epiſcopos Viennenſis prouinciæ: variiſque Epiſtolis

Digitized by Google

S. Gregorij ad Epiſcopos Galliæ: Epiſtola Hormiſdæ Papæ ad S. Remigium, necnon ex Epiſtola Epiſcoporum prouinciæ Arelatenſis ad S. Leonem præmemoratum: Hincmari Remenſis ad Nicolaum I. Iuonis Carnotenſis ad Vrbanum II. varijs Epiſtolis S. Bernardi ad Honorium II. Innocentium, Cæleſtinum, Lucium itidem II. & Eugenium III. necnon ex eiuſdem lib. 2. de conſideratione ad ipſum Eugenium, c. 1. 8. & 14. & lib. 3. c. 2.

Cùm verò ipſe recurſus Epiſcoporum ad ſummum Eccleſiæ Paſtorem & refugium ad ſedem Apoſtolicam, non tam ſynodalibus decretis approbata, quàm à diuina inſtitutione deriuata, & non Galliæ modò, ſed totius orbis conſuetudine recepta, à religionis exordijs ad hæc vſque tempora perpetuo more propagata fuerint, atque

Digitized by Google

ab Epiſcopis præcipuè Gallicanis (qui incõcuſsè ſedi Apoſtolicæ adhæſerunt) frequentata hactenus & vſitata : Pariſienſis Archiepiſcopus tam ingenti oppreſſus grauamine à Lugdunenſi Præantiſtite, qui in ipſius dignitatis diſpendium & maximum Eccleſiæ Pariſienſis præiudicium, iura inconceſſa in ipſa vrbe regia conatur vſurpare, & noua extraordinariæ poteſtatis inſignia ſibimet arrogare, quæ & per mediã Lutetiam præ ſe ferat, vt ſuppreſſo ordinarij Antiſtitis ac Metropolitæ honore, decus omne Pontificale ad ſe traducat, & ſingulari hac prærogatiua in clareſcens, potentiam etiã ſuam in immẽſum augeat: quod cederet in ſedis & Præſulis ipſius Pariſienſis, necnon fortè in totius Gallicanæ Eccleſiæ incredibile detrimentum : Ne tam atrox iniuria ſibi & ſuæ Pariſienſi Eccleſiæ, ab

Digitized by Google

ipſo Lugdunenſi Antiſtite, irrogaretur; exempla maiorum imitatus, idem Pariſienſis Antiſtes, ab initio ſubortæ eiuſmodi controuerſiæ ad ſedem Apoſtolicam confugere conſtituit: vnde pro virili inſtitit, & tandem Rege ipſo Chriſtianiſſimo iubente, & ſacro Præſulum cœtu decernente, obtinuit, vt ſumma totius huius diſſidij, ad ſummi Pontificis remitteretur iudicium, ſicut diuinæ ſcripturæ docet auctoritas, Conciliorum Oecumenicorum ſacra decernunt inſtituta, Sanctorum Patrum placita, Regum Chriſtianiſſimorũ præcipiunt ſanctiones, confirmántque vſus perennis, conſuetudo vniuerſalis, & tot ſæculorum exempla.

Igitur ad ſupremum ipſum Pontificem, Epiſcoporúmque Epiſcopum, Patrem Patrum, verum Chriſti Vicarium, Apoſtolorum princi-

Digitized by Google

pis ſucceſſorem, vniuerſalis Eccle-ſiæ paſtorem; Pariſienſis Antiſtes ſupplex, humilis, deuotus recurrit: ipſiúſque non modò iudicium interpellat; ſed & auxilium, contra tantos Lugdunenſis Præſulis exceſſus, atque Apoſtolicum obnixè expoſcit præſidium. A quo enim ouis expeteret, niſi à paſtore tutelam; filius, niſi à patre defenſionem; oppreſſus, niſi à Iudice (& quidem illo qui forma eſt iuſtitiæ) liberationem; Epiſcopus denique, niſi à Pontifice Maximo, religionis vertice, ſacerdotij fonte, paſtorum principe, totius Eccefiæ curatore, & legiſlatore, Cælorum inſuper clauigero, & Orbis arbitro, iuſtitiam & protectionem? Certè in Apoſtolica cathedra reſidet totius Eccleſiæ auctoritas: Imò in eius Pontifice ipſa Chriſti poteſtas: Vnde S. Bernardus ipſum *& vnctione Chri-ſtum*

Lib. 2. de Cõſid. c. 8.

Digitized by Google

ſtum appellat, eidémque ex munere aſſerit incumbere, omnem comprimere iniuſtitiam, æquitatem verò vnicuique reddere, tueri innocentiam. Cùm enim illum Dominus Vicarium ſuum inſtituit; ipſum identidem conſtituit iuſtitiæ normam, Canonum defenſorem, Cleri ordinatorem, virgam potentium, refugium oppreſſorum. Quapropter Ingeberga Francorum Regina Auguſti Philippi coniux (pientiſſima certè & ſapientiſſima fœmina) in Epiſt. ad Innocent. III. Pontificem ipſum dicebat eſſe *montem poſitum* (vt ait Scriptura) *in vertice montium*, quia celſitudine non tantùm omnibus præeminet, ſed etiam ſacræ ſuæ poteſtatis amplitudine, ſeu potiùs plenitudine, eis etiam qui aliqua dignitate inter mortales præcellunt, cùm aliquo grauamine concutiuntur, debet ex Eſa. 2. 2.

officio ſuo opitulari. Et verò S. Bernardus, iam adductus, ſcribens ad Eugenium olim ſuum Diſcipulum, ſubinde verò Magiſtrum, & ſupremum totius Eccleſiæ Hierarcham, illi ſæpiùs ſuggerit: ipſum ad hunc gradum fuiſſe diuinitus ſublimatum, *non vt præſit modò, ſed vt proſit*: ad hócque poſitum illum aſſerit in Apoſtolicæ cathedræ principatu, vt vnunquemque in proprio ordine contineat, *gradúſque honorum & dignitatum* non ſolùm alijs diſtribuat & conferat, ſed etiam collata conſeruet & tueatur: Iuxta quod docet Apoſtolus, *cui honorem, honorem*. Subnectítque tandem, ipſum Pontificem eſſe illum hominem ſpiritualem, quem præfatus Apoſtolus deſcribit, à nemine dijudicandum, omnia verò dijudicantem. Et certè magna eſt in Chriſto & in Eccleſia hæc Pon-

Lib 3. de Conſid. c. 4.

Digitized by Google

tificia auctoritas, quæ non modò orbem terrarum complectitur, ſed & cælos vſque pertingit: dicente illi Domino. *Quæcumque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cælis: & quæcumque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis: & dabo tibi claues regni cælorum.* Huc autem refert Innocentius III. Pontifex Petri collegæ ſententiam, qua Eccleſiaſticæ poteſtatis plenitudinẽ Apoſtolico muneri (quo ſolus in terris Petri ſucceſſor, Paulíque ipſius hæres perfungitur) ineſſe innuit & aſtruit. *Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus: quanto magis ſæcularia?* nempe terreſtrium Angelorum, ſcilicet Epiſcoporum, negotia. Siquidem non tantùm in extremo die Apoſtoli Angelos iudicabunt; ſed etiamnum è ſede Apoſtolica iudicant: quia dum fratres (vt Chriſtus Petro iuſſit) Petri hæ-

Matth. 16. 18. 19.

Innocent. 3. ad Comitem Montiſpeſſulani.

1. Cor. 6. 3.

Luc. 22. Ioan. vlt.

res confirmat, paſcit, regit, corrigit, dijudicat, Angelis profectò ius dicit: Etenim Epiſcopi ipſi Angeli ſunt, quos ad portandum Orbem, Eccleſiam ſcilicet vniuerſalem, ſub ſummi huius Archangeli moderamine, diuina prouidentia deſtinauit.

Enimuerò, etſi illi Eccleſiarum
Eſa.33.7. tutelares *Angeli pacis* nuncupentur; aliquando tamen ſalua pacis compagine in quibuſdam diſſident. Nec mirum, cùm ipſi regis gloriæ cæleſtes nuntij aliquando inter ſe reperiantur diſſentire; in medijs ſcilicet, non in fine: quia ſemper vt amore mutuo coniuncti ſunt, ſic diuinæ voluntati per omnia obſequuntur, ad eiúſque amuſſim ſeſe componũt. Vnde etſi in medijs aliquoties diuersè ſentiunt, tamen ſemper in fine ipſo conſentiunt: nec poteſt hæc pax & concordia vllo modo altera-

Digitized by Google

ri. *Concentum enim cœli quis dormi-* Iob.25.2. & 38.37.
re faciet? Cùm Deus ſit qui facit concordiam in ſublimibus, inquit Scriptura: vnde & illud, *Deus ſtetit* Pſal.81.1.
in Synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat. Quod verò Deus in gloriæ ſuæ ſolio reſidens facit in cœlis inter Angelos: id prorſus Vicarius eius in terris exequitur inter Epiſcopos; qui certè, vt notat S. Gregorius, *non Angeli duntaxat,* Lib.4.Epiſtolar.in ea quæ numero eſt 31.
ſed & dij nominantur. Quapropter & Conſtantinus Magnus, Epiſcopos inter ſe contendentes & libellis etiam ſe inuicem apud ipſum accuſantes noluit iudicare, ſed traditis igni libellis, à ſe abiecit omnem eiuſmodi iudicij poteſtatem. *Vos* Conſtantin. Mag. Epiſcopos Deos eſſe pronuntiat, adducto etiã præcito Regij pſalmiſtæ teſtimonio.
enim (intulit Epiſcopis) *nobis à Deo dati dij eſtis, & non eſt conueniens vt homo deos dijudicet*: (ſicut Ruffinus lib. 10. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ c. 2. nobis teſtis eſt.) Inde & Valenti-

nianus Imperator, omnem cognitionem diſſidiorum quæ paſſim in ſacra politia emergunt inter Epiſcopos à ſe ablegauit, & ad Dei in terris vicarium, Petri ſucceſſorem, referendam eſſe edixit. *Debemus*, inquit, *dignitatem propriæ venerationis B. Petro Apoſtolo in noſtris temporibus conſeruare: quatenus Beatiſſimus Romanæ ciuitatis Epiſcopus, cui principatum ſacerdotij ſuper omnes antiquitas contulit, locum habeat & facultatem de fide & ſacerdotibus iudicandi.* Et in reſcripto contra exceſſus Hilarij Epiſcopi Arelatenſis, qui Leonis Papæ iudicio morem gerere recuſabat. *Erat quidem ipſa ſententia ſine Imperiali ſanctione valitura. Quid enim tanti Pontificis auctoritate in Eccleſias non liceret? Hoc autem perenni ſanctione decernimus, ne quid tam Epiſcopis Gallicanis quàm alijs contra*

In Epiſt. ad Theodoſ. quę extat inter præambulas ad Concil. Chalcedonenſe.

Extat inter Nouel. Theodoſ. & Valentinia. titul. de ordinat. Epiſcopor. poſt Codicē Theodoſianum.

conſuetudinem veterem liceat, ſine Papæ vrbis æternæ auctoritate, tentare: SED ILLIS OMNIBVS PRO LEGE SIT QVIDQVID SANXIT, VEL SANXERIT APOSTOLICÆ SEDIS AVCTORITAS. Porrò, LVDOVICVS XIII. Rex Chriſtianiſſ. primogenitus Eccleſiæ filius, ſedis Apoſtolicæ ſpiritualis proles, piorum iſtorum Principum (quorum imperium Gallicanum Deo dante conſequutus eſt) religioſo ſpiritu imbutus, maiorúmque ſuorum inſtituta ac exempla inſequutus, ſic prorſus ſenſit, ſic ſe geſſit in hac quæ vertitur inter Archiepiſcopos Lugdunenſem & Pariſienſem controuerſia. Hanc enim nullo modo diſcutere, ſed nec attingere voluit; ſed honorem Apoſtolicæ ſedi debitum & à S. Ludouico, teſtamentarijs codicillis, ſuis poſteris & ſucceſſoribus commendatum, integrum

Lege Epiſt. Caroli II. Imp. cognomento Calui, Francorum itidem regis Chriſtianiſſ. ad Ioan. 8. PP. quæ extat inter Epiſt. Hincmari Remenſis Archipræſulis ordine 9. Porrò

ſeruans, quidquid eſſet inter hos Præſules litigij, ad ſummi Pontificis arbitrium (vt efflagitabat Pariſienſis Archiepiſcopus) religiosè remittendum eſſe & cenſuit & edixit.

de refugio ſemper habito à Gallicanis Epiſcopis ad ſedē Apoſtolicam, præter ſupracitatos rerū geſtarū atteſtatores, cōſule Petrū Cluniacenſ. lib. 3. Epiſt. 5. & Arnulphū Priſcum Epiſcopum Lexouienſ. Epiſt. 45. atque ex recentioribus Ioannem du Tillet Epiſc. Meldenſ. in nuncupatoria ad Pium V. Pontif. Max. Epiſtola in libb. Apologeticos Luciferi Caralitani Epiſcopi, pro S. Athanaſio ad Conſtantiū Aug. qui proſtāt in Bibliot. Patrū tom. 9. editione 5. quæ eſt nouiſſima.

Viget igitur, ſub Iuſtiſſimo Rege, etiamnum in Gallia, antiqua ſacrorum Canonum auctoritas, intemeratáque ſedis Apoſtolicæ reuerentia; ſicuti auita ipſa pietas & Catholicæ puritas inſertæ diuinitus lilijs doctrinæ. Nam ibi orthodoxa religio de hæreſi à Rege ipſo glorioſiſſimo proſtrata & fere extincta triumphat. Diſciplina Eccleſiaſtica refloreſcit, Cleri ſanctitas reuireſcit & dignitas. Populi deuotio & pietas augeſcit. Nec modò Monarchiæ, ſed & Eccleſiæ Gallicanæ ſtatus proficit, & antiqua repullulat gloria. Habet igitur Beatiſſimi Patris ſanctitas, vnde plurimùm in Domino exultet & glorietur, quòd iam

Digitized by Google

iam videat in Gallia imperante LVDOVICO IVSTO, quod regnante Ludouico Sanćto, deceſſores ſui magna cum animi lætitia conſpexerunt. Nec hoc modò, ſed habet etiam vnde ſedis Apoſtolicæ in Gallia vigentem auctoritatem, his maximè diebus quibus eam inferi portæ impugnarunt, futuris ſæculis inſinuet: Sed etiam poteſtatem exerat, commendet æquitatem. Controuerſiæ enim iſtius, quæ inter præcipuas Galliæ Eccleſias inſurrexit, dijudicatio, tanti eſt momenti & ponderis, vt futuris temporibus regulam conſtituat, & Vicarij Saluatoris apud poſteros non tantùm poteſtatem aſtruat; ſed & ſapientiam celebret, perennétque iuſtitiam.

Hanc verò Archiepiſcopus Pariſienſis ex præcordijs interpellat,

Digitized by Google

humiliter implorat, inſtantius deprecatur, vt ſibi opem ferat; contráque molimina D. Lugdunenſis inſolita, Apoſtolicæ protectionis impendat auxilium, iuſtúmque iudicium exhibeat. Sicut enim cùm duo Angeli, Perſarum ſcilicet & Hebræorum, colluctarentur: qui maiori iure nitebatur, non poterat tamen præualere: *Reſtitit enim illi Angelus Perſarum viginti vno diebus*, nec deſtitit illum diuexare, donec Michael magnus Princeps in ferè deficientis Hebræorum ipſius tutelaris, auxilium aduolaſſet, cuius potentia Perſarum ille Princeps opportunè repreſſus eſt: Sic ſanè Pariſiorum Eccleſiæ Angelus, à Lugdunenſium Angelo, ægrè in luctam adductus, pro iuribus Eccleſiæ ſuæ decertans, aduerſarij violentia ferè oppreſſus

Dan.10.13.& 21.

Archangeli Eccleſiæ tutelaris, magni ſubcœleſtis Hierarchiæ principis, opem ſuppliciter efflagitat, præſidiúmque expoſcit, quo ab hac iniuria defendi, ab intentato hactenus grauamine ſubleuari, à tam infeſta impugnatione liberari queat, & in antiquo ſtatu ac iure ſuo valeat conſeruari. TV IGITVR CHERVB EXTENTVS ET PROTEGENS, *qui poſitus es in monte ſancto Dei, qui ambulas in medio lapidum ignitorum*: SIGNACVLVM DIVINÆ SIMILITVDINIS, *plenus ſapientia & perfectus decore*; Quantocius aduola, & ſupplici adiutorium impende; petentíque iuſtitiam, iuſtum etiam exhibeto iudicium. Non expoſcit vt *gladium verſatilem* arripias, quo aduerſarium ſuum corripias, ſed tantum vt tua auctoritate illi prohibeas, *viam* qua nititur in Pariſienſis Eccleſiæ *hortum introire*: ad

Ezech. 28.

Geneſ. 3.

Digitized by Google

vitæ non *lignum*, ſed vexillum ſurripiendum, quo immenſam & hactenus inauditam ſibi aſtruat potentiam. *Pone pedem tuum dextrum ſuper mare*, vt fluctus nouæ præſumptionis tua auctoritate compeſcas, *ſiniſtrum ſuper terram*, vt fixos ab antiquitate terminos, tua æquitate ſtabilias. *Aperto libro iuſtitiæ oſtende* quis iniuriam irrogarit, quis iure ſe defenderit, quis fines ſuos tranſilierit? An is qui proprio loco conſiſtens dignitatem tantùm, quam ſacra tua ei contulit ſedes, conſeruare ſtuduit. An verò ille qui proprio gradu non contentus, prærogatiuam ſibi arrogare adniſus eſt, quam ſacrorum Canonum regula nuſquam illi attribuit, ſedes tua Apoſtolica nunquam illi contulit, conſuetudo nulla præſtitit. Quámque etiam vt habeat aut conſequatur, nulla,

Apocal. 10. 2. & ſeqq.

vt probatum eſt, permittit ratio, nec rerum nec temporum patitur conditio. At *ſicut Angelus Domini, ſic iuſtus & ſapiens es tu*, alme Pater, *vt intelligas omnia ſuper terram*. Igitur quia *tibi Deus dedit poteſtatem vt facias iuſtitiam*: *Aperi os tuum & decerne quod iuſtum eſt*: *De vultu tuo iudicium prodeat, oculi tui videant æquitates*. Archiepiſcopus Pariſienſis vocem tuam, Chriſti vocem agnoſcit, iudicium tuum reputat oraculum Spiritus Sancti: Ideóque *Deum ipſum*, vt anteceſſores ſui, *primitus in te adorans*, throno tuo Apoſtolico ſe ſiſtit, ad pedéſque ſanctiſſimos Beatitudinis Tuæ proſtratus, & eos omni aduſeneratione oſculatus & amplexus, *numquam te dimittet niſi benedixeris illi*. Quod ſanè feceris, Sanctiſſime Pater; ſi illum à fratris perſecutione libe-

2.Reg. 14. 17. 20.

Pſal. 15. 2.

Act. 4. 5.

Gallic. Epiſc. in Epiſt. 2 ad Hilariū Papam.

Geneſ. 32. 28.

Digitized by Google

raueris, & paternam ipſi aſſerueris & ſeruaueris hæreditatem. Quam profectò ante mille quingentós annos à S. Clemente prædeceſſore tuo, S. Dionyſio Areopagitæ, traditam: ab ipſo autem Galliarum Apoſtolo flumine, flamine ac ſanguine comparatam & inſtauratam, à ſanctis innumeris ferè Epiſcopis per traducem ſucceſſionis, tot pijs laboribus excultam, à ſummis Pontificibus deceſſoribus tuis tot benedictionibus irrigatam: A TVA quoque BEATITVDINE plurimis gratiarum perfuſionibus fœcundatam, varijs beneficijs auctam & cumulatam; præſidijs etiam opportunis communitam, ſumma denique æquitate & auctoritate ab oppreſſione vindicatam & conſeruatam fuiſſe, futura ſæcula annuntiabunt, piáque poſteritas ouans celebrabit, etiám-

Digitized by Google

que conteſtabitur, perenni glorioſi tui nominis collaudatione, & æterna, ſacræ tuæ memoriæ, benedictione.

FINIS.

Hæc omnia Sanctæ ſedis Apoſtolicæ infallibili & ſupremo iudicio ſubiecta; cúmque bona, Illuſtriſſ. D. Archiep. Lugdunenſis venia, ſaluo ipſius honore, & proprio Eccleſiæ vtriuſq; iure; pro veritatis & æquitatis ac patriæ tutamine, dicta, ſcripta, edita ſunto. Actum Pariſijs Idib. Maijs anno redemptionis noſtræ 1628.

AND. DV SAVSSAY
auctor præfatus.

Digitized by Google

INDEX RERVM ET VERBORVM INSIGNIVM, QVÆ IN HOC LIBRO CONTINENTVR.

A

AEquitas iuſti legalis directio. pag.267
Alexius de Meneſſes Archiepiſcopus Bracarẽſis cum ſublimi ſua cruce, feretro præuia ſepultus eſt. p.79
Alphonſus Carthagena Epiſcopus Burgenſis. p.77
Alphonſus Furtardo de Mendoſa Archiepiſcopus Bracarenſis. p.78
Ambitio mortalibus quaſi innata. p.293. malorũ omnium eſt radix. *ibid.*
Anaſtaſius Bibliothecarius. p.7
Angeli cœlitus immiſſi ad iura Epiſcoporum tuenda. p.311
Anſegiſus Senonenſis Archiepiſcopus. p. 184. Carolum Caluum vnxit. *ibid.*
Appellationũ deuolutio & ſuſceptio eſt propria nota Primatus. p.331
Aquileienſis Primas. p.61
Archiepiſcopus quilibet eſt iudex ordinarius totius Prouinciæ. p.25.& eius curam gerit vniuerſaliter, ſed non ſingulariter. *ibid.*
Archiepiſcopus non debet obedientiam Primati, ſed reuerentiam. p.332
Archiepiſcopus maior poteſtate in Prouincia quàm Primas p.284
Archiepiſcopus Remẽſis in Gallia Legatus Apoſtolicæ ſedis. p.158
Archiepiſcopus Lugdunenſis à Seuertio nouo titulo Primas Primatũ dictus. p.141
quomodo Archiepiſcopus Lugdunenſis Gebuinus Primatum ſurripuit. p.186
Archiepiſcopo Senonenſi

ſi

ſi in vrbem regiam aduentante ad eius ingreſſum Capicerius ſummi templi ſigna præcipua, pulſari faciebat. p.280
Archiepiſcopus Arelatéſis priſcis temporibus fuit habitus in Gallia ſedis Apoſtolicæ Legatus ordinarius & vniuerſalis Primas. p.143
Archiepiſcopi Crucem erectam per totam Prouinciã, obeundo poſſunt ante ſe deferri facere. p.27
Archiepiſcopus poteſt cõuocare Prælatos Prouinciæ ad Concilium Prouinciale. p.25. in eóque Concilio eſt iudex Principalis. *ibid.*
Arelatenſis Primas. p.61
Arelatenſis & Viennenſis Eccleſiæ longè Lugdunenſi annoſiores & ſpectabiliores. p.142
Arelatéſis Eccleſia ſancta nuncupata. p.143. Roma gallula. *ibid.*
Arelas & Vienna à S. Paulo Protopræſulem proprium receperunt. p.128
Aredius Metropolitanus Aurelianéſi primo concilio præfuit. p.183
Auguſtinus Epiſcopus ordinatam Angliam appulit anno 547. atque Ianetam Inſulã applicuit. p.84
Auguſtinus Regem Edilbertum ad fidem conuertit. *ibid.*
Auguſtinus expirauit anno ſalutis 609. p.86
Auguſtinus Barboſa, Luſitanus, Vimaranenſis Eccleſiæ Theſaurarius maior. p.78
Aymo Bituricenſis Pontifex anno 1047. p.149

B

BArtholomæus à Martyribus Archiepiſcopus Bracarẽſis. p.78
Beatus Philippus 71. Bituricẽſis Archiepiſcopus. p.150
Beatus Sulpitius cognomento Pius Bituricenſis Archiepiſcopus. p.147
Benedictio Pontificalis eſt actus poteſtatis ordinariæque iuriſdictionis. p.35. peccata venialia remittit. *ibid.*
Bituricenſis Eccleſia ante mille & ſupra centũ annos Primatus hono-

re illuſtrata fuit. p 147
Bituricenſis Archiepiſcopus. p.126
Bituricēſes Archiepiſcopi per Burdigalēſem Prouinciam præuia cruce proceſſerūt ex ſpeciali iure & expreſſo ſedis Apoſtolicæ priuilegio. p. 150
Bituricenſis Primas. p.61
Bituricēſis Patriarchatus. p.138
Bononiēſis Archiepiſcopus in Italia Legatus natus. p.14
Bracarenſis Primas. p.61
Bracarenſes Antiſtites ſemper obſtiterunt conatibus Præſulum Toletanorum. p.78
Britannia ab Anglis & Saxonibus ſubiugata ipſorum nomen & religionem ſuſcipere coacta fuit. p.82.& 83
burdegalenſis Primas. p.61
Burdegalenſis Archiepiſcopus. p.126

C

CAlixtus II. Papa antea Archipræſul Viennenſis. p.139
Cantuarienſis Primas. p. 61
Cantuarienſis Archiepiſcopus in Anglia Legatus natus. p.14
vnde Cantuarienſes Archiepiſcopi ius Primatus ſuper Eboracēſem Prouinciam aſtruxerunt. p.87
Cantuarienſem Archipræſulem Crucē peraltam per totam Angliam ſibi præferri facere potuerunt ex vi pacti & concordia inita cum Eboracēſi Præantiſtite. p.96.&97
Cantuarienſes Antiſtites vulgò Angliæ Primates & Legati nati nuncupati. p.94
Carolus Magnus crucem ex auro puriſſimo confectam Leoni III. ſummo Pontifici donauit. p.7
Carolus de Borbonio. 102 Lugdunenſis Archiepiſcopus. p.194.
Caroli Borboniēſis Aruernenſiſque Ducis ex Agneta Burgūda filius. ibid.
Carolus Cardinalis à Lotharingia Archiepiſcopus Remenſis. p.161
Cardinalis Perronius

Senonenſis Archiepiſcopus.
Celeberrimus conuentus à Carolo VII. Bituricis habitus. p.155
Clodoueus Protochriſtianus Francorũ Rex. p. 17
Cognitio diſſidiorũ quæ inter Epiſcopos ſuboriuntur ad Dei Vicarium in terris referenda eſt. p.366
Concilium Remenſe à Calixto II. celebratũ. p.157
Concilium Clypiacenſe. p.275
Concilium Claromonte Aruernorum ab Vrbano PP.II.habitum.p.10
Concilium Taurinenſe ſub Siricio Papa celebratum. p.133
Conſuetudo iuri communi non innixa, aut annexa, pondus ſuum habet & ſeruanda eſt, modò non ſit ſacris canonibus obnoxia. p. 59
Conſuetudinis authoritate non debet quis vſurpare licentiam delinquendi. p.263
duplex Conſuetudo. p.241
Cõſuetudo legitima duo requirit, nimirum diuturnitatem & rationẽ. p.259. debet eſſe longa & rationabilis. *ibid.*
Conſuetudine ſola licèt præſcripta nunquam ius aliquod dicitur acquiſitum. p.258
Conſuetudo trahit originem ab vſu longæuo. p.257
Contẽtio Theodori cum Vualfrido. p.89
Conſuetudo generalis eſt ſequenda. p.60
Conſuetudo legitima ius inducit.*ibid.*& vim priuilegij obtinet. *ibid.*
Conſuetudo poteſt concurrere cum iure communi. p.58
Conſtantius pater Conſtantini magni diem obijt in Eboraco oppido. p.101
Conſtantinus magnus Epiſcopos inter ſe contendentes noluit dijudicare. p.365
Cõuallus rex Scotię quocumque ibat argenteã crucem antecedere iubebat. p.263
Creſcens Protopræſul Viennenſis. p.129
Creſcens non diu Vien-

næ hæſit.p.129. ſucceſſorem habuit Zachariam. *ibid.*
Crux ſplendidior gemma in ornatu ſacerdotis. p.4
Crux peralta non dignitatis, ſed ſummæ poteſtatis Pontificiæ ſignaculum eſt. p.77
Crux peralta ſignaculũ legatoriæ poteſtatis. p.19
Crux ex antiquo more prælata fuit Romano Pontifici à ſubdiaconis S.R.E. p.7
Crux Redemptionis humanæ venerabile monimentum. p.1
Crux pacis ſignaculum eſt & ſalutis. p.202
Crux trauerſario ligno gemina præfertur ſummis Patriarchis. p.23
Crux Pontificia pectoralis ab Orientalibus Encolpium à Sinu fuit appellata. p.5
Crux niſi ſpeciali cõceſſu & permiſſu Romani Pontificis Præſulibus fuit prælata. p.9
Cruces inter ſe concuſſas mala portendere euentura veteres crediderunt. p.201

D

DAmbertus à Capitulo Senonenſi electus. p.210
De Remenſi Archipræſule. p.158
De Patriarcha Bituricẽſi. p.146
De PrimatuLugdunenſi. p.171
De Arelatenſi & Viennẽſi Primatibus. p.128
De iure antiquo Burdegalenſis Metropolita Bituricẽſi ſubeſt. p.149
Delatio Crucis non dignitatis indicium, ſed teſtãdæ pietatis amor. p.8
Defenſio vim illatam, vel inferendam ſupponit. p.323
Dicere ille ſcit rectè, qui & ordinatè nouit tacere. p.239
Dionyſius de Marquemont LugdunenſisArchiepiſcopus. p. 250
Diſtincta ab inferiorum Præſulũ cœtu Primatum dignitas in Eccleſia. p.207
Diſſenſiones olim inter ſanctos inſurrexerunt. p 322.& 323

Digitized by Google

Diſſidia plura & grauiſſima ſuborta ſunt ob ſublimatam Toletanam Eccleſiam. p.75
Dorouernia hodie Cantuaria appellata. p.84
Dotes Epiſcopi quæ ſint. p.268

E

EBoracum antiquiſſimum inter Brigātes oppidum & Romam celebre. p.101
Eboracenſis Primas. p.61
Eboracenſi Præſuli ab initio ſuberant omnes Scotiæ Epiſcopi ac Angliæ. p.101
Eboracēſis ſedes Cātuariēſi olim nobilior. p.101
Eccleſia vna eſt, & vna ſemper videri debet. p.34
Eccleſia biceps videri non debet. *ibid.*
Eccleſia eſt in Epiſcopo & Epiſcopus in Eccleſia. p.312
Eccleſiæ Pariſienſis pulcherrimum elogium. p.319
Eccleſia Viennenſis ante Sanctum Leonem vix Metropolitana extitit. p.136
Eccleſia Remenſis à S. Sixto Martyre inſtaurata. p.166
Eccleſia Lugdunēſis non eſt antiquiſſima, cur. p.172. non eſt religionis radix. p.173 non eſt Apoſtolica. *ibid.* non eſt hierarchiæ Gallicanæ caput & vertex. p.176.
Eccleſiæ Toletanæ miſer ſtatus quouſque perdurauit. p. 74. ab Alfonſo Sexto Rege recuperata fuit & reſtituta. *ibid.*
Egbertus Eboracenſis Præſul. p.80. & 90
Epheſus vrbs capitalis Aſiæ. p.65
Epiſcopi & Pontifex fuerunt ab Eccleſiæ incunabulis. p 55
Epiſcopi viſibiles Eccleſiæ Angeli. p.311
Epiſcopi quotquot ſunt, ſummo Pontifici, vt membra capiti, ſuffragari & cooperari debent. p.54. ideo à Papa fratres & coepiſcopi appellantur. *ibid.* imò & creditæ ſibi Eccleſiæ ſunt capita. *ibid.*
Epiſcopi vocati à Metropolitano Toletano ſin-

Digitized by Google

gulis per annum menſibus Toletum veniebant, meſſis & vindemiarum ferijs exceptis. p.72
Epiſcopi ſuſpēſam collo crucem geſtare conſueuerunt. p.5
Epiſcoporum ſacra veſtimenta crucibus erant inſignita. *ibid.*
Eugenius à Dionyſio in Hiſpaniam ablegatus. p.66
Eugenius primus Eccleſiæ Toletanæ Antiſtes & inſtaurator. p.68
Eugenius legatus Apoſtolicus S. Clementis. p. 69.
qui poteſt Excuſatione legitima ſe tüeri, non eſt in mora. p.192

F

FRanciſcus Ximenius Toletanus Archipręſul. p.77

G

GEbuinus Lugdunēſis Archiepiſcopus. p.186
Gelaſij Papæ verba notabilia ad vniuerſos Epiſcopos Dardaniæ. p.300
Genuenſis Primas. p.61
Gregorius VII. ſchiſmaticorum omniū acerrimus repreſſor. p.186
Gregorius VII. Primatię Lugdunenſis inſtaurator. p.227
Guarinus, ſeu Girardus Bituricenſis Archiepiſcopus p.150
Gulielmus Eboracenſis Antiſtes & Simon Cātuarienſis Archipręſul totam litem de cruce geſtanda regis arbitrio dijudicandam relinquunt. p.117.& 118
Gulielmus Eboracenſis Antiſtes Romę à Nicolao III.cōſecratus. *ibid.*
Gulielmus 37. Eboracēſis Antiſtes quomodo exceptus à quibuſdam de familia Cātuariēſis Archiepiſcopi. p.116

H

HIerarchia Gallicana ſeptemdecim Metropolitanis ſedibus conſtat p.199. quarum tres tantùm obnoxiæ ſunt Primati Lugdunenſi. *ibid.*
Henricus de Gondy Pa-

Digitized by Google

riſienſis Epiſcopus & Cardinalis. p.253
Hermenbertus Præantiſtes Bituricenſis. p.149
Hilarius Arelatẽſis Præantiſtes. p.132
Hincmarus Archiepiſcopus Remenſis.
Honoratus Toletanus Præſul in Hiſpania quinque Archiepiſcopis præfuit. p.71
Hormiſda Pontifex. p.17
Hugo Lugdunenſis Archiepiſcopus. p.295
Humbertus Archiepiſcopus Lugdunenſis. p.158

I

IGnis vrit, non ſicut eſt clarus. ſed prout eſt calidus. p.31
Illefonſus Carillius, 85. Toletanus præãtiſtes. p. 76. ſedebat anno 1470. *ibid.* primus omniũ aggreſſus eſt crucẽ ſublimem extra propriam diœceſim præ ſe ferre. *ibid.*
Imago Sancti Thomæ aurea & in effigiem Archiepiſcopi crucem baiulantis efformata. p.118. & 119
Ingeberga Francorũ Regina Auguſti Philippi coniux. p.359
Innocentius III. Pallio Epiſcopos Pariſienſes exornauit. p.340
Inſignia iura deſignant. p.325. quædam iuriſdictionem, quædam perſonæ dignitatem denotant. p.326
Ioannes nomine Primus Pariſienſis Epiſcopus. p.275
Ioannes nomine Primus à nonnullis Iocerannus appellatus Lugd. Archiepiſcopus. p.216
Iuo Carnotẽſis Antiſtes. p.20
Ius ſuum quilibet defendere tenetur. p.318
Iuſtitiæ definitio. p.268
Ius conceſſum à principe fixum & ſtabile debet permanere. p.191
Ius ſemel amiſſum non renaſcitur. p.233
Iura poſteriora prioribus ſemper non derogant. p.190
Iura ſpecialia ad conſequentiã trahi non poſſunt. p.49
Iure communi quod alicui conuenit non eſt negandum. p.34
Iuri potiùs ſuo cedẽdum

eſt quàm alienum vſurpandum. p.267

L

Legatus de latere vtitur inſignibus Apoſtolicæ dignitatis. p.15. Crucem ſibi præferre facere poteſt vbiq; eundo & redeundo. *ibid.* benedictionem in populum profundit, imò & beneficium abſolutionis impendit. *ibid.*
Legatus de latere ea omnia exercere poteſt quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis. *ibid.*
præſente Legato de latere ceſſat officij exercitium Legatorum ſimpliciter miſſorum. p.13
Legati nati. *ibid.*
Legatus ſimpliciter miſſus nulla iuriſdictione perfruitur extra propriã Prouinciam. p.16
Legati in triplici differẽtia. p.13
S.R.E. Cardinales Legati de latere dicti.
Leonis Papæ verba ad Anatolium Conſtantinopolitanum. p.302
Leothericus Archiepiſcopus Bituricenſis. p.157
Lucius Rex Angliæ. p.83
Lucius Rex quo anno veritatem Euangelicã in Britanniam inuexit. p.98
Ludouicus decimus tertius Eccleſiæ Pariſienſis exaltationem à ſede Apoſtolica impetrauit. p.741. magnarũ rerũ in manu Dei mirabile inſtrumentum. *cap. vlt.*
Ludouicus de Villarijs Archiepiſcopus Lugdunenſis. p.193
Lugdunenſis Primas. p.61

M

Magdeburgẽſis Primas. p.61
Mandato Prælati iniuſto obedire prohibetur. p.335
Marinus Arelatẽſis Præantiſtes præfuit concilio primo Arelatenſi, ſeu Gallicano ſecũdo. p.182
Martianus hæreticus Nouatianus. p.132
Matiſconenſis ciuitas ſedi Lugdunenſi ſuffragatur. p.182

Melli-

Digitized by Google

Mellitius Londinēſis Epiſcopus. p.86

Metropolitani officium magis neceſſarium quā Primatis. p.284

Metropolitani ſunt primæ ſedis in prouincia Epiſcopi, qui etiam aliquando Archiepiſcopi, aliquādo Metropolitę, aliquando Primates vocantur. p.24

Mos à Sanctis Apoſtolis ſummopere obſeruatus. p.64

duæ Metropoles à Sancto Gregorio in Anglia conſtitutæ. p.87

N

Negligentia quæ fuit à principio, attribuitur fini & omni cōſecutiuo. p.233

per Negligentiam ius amittitur. p.232

Nemo eſt puniendus ſine culpa. p.190

Nominis appellatio ſubſtantiam rei non commutat. p.193

O

Oleum cœlitus demiſſum quo Reges vnguntur. p.162

P

Pallium plenitudinis officij Pontificalis ſignaculum eſt. p.26

Pallium licèt perſonæ detur, tamen hoc fit loci contemplatione. p.32

Patræ Achaiæ ciuitas primaria. p.65

Patriarchæ ſummi, quatuor, Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hieroſolymitanus. p. 19

quatuor Patriarchæ, locum quatuor Euangeliſtarum in Eccleſia ſortiuntur. p.20

Patriarchæ quatuor maiores ſunt poſt Sāctiſſimum Papam in Eccleſia omnium maximi & auguſtiſſimi. p. 42. ideóque ſuam claſſem conſtituunt. *ibid.*

ſummi Patriarchæ Crucę ſublimem per totū Patriarchatum deferri faciunt, imò vbicumque proficiſcuntur. p.21

Patriarchæ ſummi quatuor non ex ipſa ſua dignitate, ſed ex ſpeciali priuilegio crucem ſibi

præportari facere poſſunt. p.57
Patriarchæ, Metropolitæ & Primates poſt Epiſcopos inſurrexerunt. p.55
Paulinus primus à Iuſto 4. Cantuarienſi Archipræſule Eboracenſis Præantiſtes conſecratus. p.86. & 87
Paulinus quidam vir ſanctiſſimus qui Eduinum Northumbriæ regem conuertit. p.99. & ſedem Archiepiſcopalem Eboraci reſtituit. *ibid.* obijt 16. Octobris anno ſalutis 644. p.100
Petrus à Caſtra Bituricẽſis præantiſtes anno 1145. p.149
Petrus à Caſtra Burdegalenſem Prouinciam ingreſſus præuia cruce proceſſit. p.150
Petrus Gonçales Mendoſa Toletanus Archiepiſcopus. p.77
Petrus D'Eſpinac Lugdunenſis Archiepiſcopus. p.195
Petrus Viennenſis Archiepiſcopus. p.139
Philippus nomine IV. cognomento Pulcher Lugdunum ad ſceptri Gallici iura reduxit. p.193
Philippus Auguſtus rex ſummo Pontifici ſcripſit pro confirmatione Primatiæ Eccleſiæ Bituricenſis. p.150
Philippus II. Hiſpaniæ Rex à Carolo IX. Galliarum Rege beati Eugenij pignora ſuppliciter efflagitauit. p.68
Philippus Viennenſis primo præfuit concilio Lugdunenſi. p.183
Piſanus Primas. p.61
Pontifici ſoli obedientiæ quilibet Metropolita præſtat ex veteri more, ſponſionem. p.332
Pontigonenſe cõcilium. p.183
Populus ad Principis exemplum ſemper ſeſe componit. p.84
Poſſeſſor malæ fidei vllo tempore non præſcribit. p.191
Præcipuorum Epiſcoporum Pallia Pontificalia antiquitus cruce erant inſignita. p.5
Prærogatiua gerẽdæ crucis peraltæ nemini niſi ſoli Pontifici proprio iure competit. p.11
Præſcriptio præſupponit

Digitized by Google

poſſeſſionem pacificã. p.258
ducenti quinque Præſules inter fuerunt concilio Claromonte Aruernorum ab Vrbano PP.II.habito. p.10
à Præſulibus duo procuranda, ſcilicet conſcientia & fama. p.286
Primas habet Pallium nõ vt Primas, ſed vt Archiepiſcopus. p.31
Primas non debet appellari princeps ſacerdotum. p.333. ſed primæ ſedis Epiſcopus. ibid.
Primas ratione ſui Primatus nihil poteſt decernere ſine Epiſcoporum adſtipulatione. Ibid.
Primas dignitatis ſuæ obtentu, Archiepiſcopi imminuere non debet honorem. p.298
Primas extra propriæ Metropoleos limites iuriſdictionem non exercet. p. 329. nec Pallium extra hunc circulum perfert. p.330
Primates ordinis cauſa à ſede Apoſtolica creati. p.283
Primates duo in Hiſpania Toletanus & Bracarenſis. p.61
Primates octo in Gallia. ibid.
Primates duo in Anglia, Cantuarienſis & Eboracenſis. p 61
Primates crucem ſublimem quãdo ſibi preferri faciunt. p.29
Primates dicuntur imorum ſubſelliorum Patriarchæ. p.43
Primates in quibus rebus ſunt ſimiles Patriarchis. ibid.
Primates ſeu minorum gentium Patriarchæ. p.42
Primates duo in Germania, Salſeburgenſis & Magdeburgenſis. p.61
Primates quænam iura habeant in Metropolitanos. p.207
Primatus indebiti. p.132
Primatus Eccleſiæ Lugdunenſis nondum inſurrexerant ante Hugonis Regis tempora. p.187
Primatus Arelatenſis decreuit ſub Leone I. p.132
Primatialis dignitas ex mera gratia & nudo

priuilegio procedit. p.281

Principe ad fidem redacto cæteri facilè dant nomina. p.65

Priſcus Lugdunenſis Archiepiſcopus concilio ſecundo Matiſconenſi præſedit. p.182

qui Priuilegium allegat, illud debet demõſtrare. p.231

Priuilegium meretur amittere qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. p.304

Probianus 24. Bituricenſis Archiepiſcopus. p.148

Prouincia Cantuarienſis diſpendio Eboracenſis admodum ampliata. p.94

Q

Qui prior eſt tẽpore, potior etiã eſt iure. p.190

Quod ab initio nullum fuit, tractu temporis conualeſcere non poteſt. p.191

R

Radulphus Cantuarienſis Archiepiſcopus, & eius inſania. p.90

Radulphus Præantiſtes Bituricenſis. p.138

Reginaldus de Beaune Bituricenſis Archiepiſcopus. p.154

Remenſis Primas. p.61

Remenſis Archiepiſcopus in Gallia Legatus natus. p.14

Remenſes Archipræſules Legatos natos ſedis Apoſtolicæ ſe profitẽtur. p.77

S. Remigius Remenſis Archiepiſcopus Regem Clodoueum baptiſmatis fonte regenerauit. p.161

Remenſis Eccleſiæ elogium. *ibid.*

Reſcriptum Alexãdri III. Papæ ad Eboracenſem Archipræſulem. p.104

Richardus Sancti Thomæ ſucceſſor. p.112

Richerius Senonẽſis Primas. p.186

Richerius Senonenſis Archiepiſcopus. p.210

Rogerius Eboracẽſis Archiepiſcopus. p.111

Rogerius ludibriosè exceptus à Richardo Cãtuarienſi Archiepiſco-

Digitized by Google

po. p.112.113.114.& 115

Roma mundi domina. p.65

Rotomagenſis Primas. p.61

Rotomagenſis Archipræſul. p.126. tantùm Neuſtriæ Primas. *ibid.*

S

SAcrum tribunal regio edicto ac Senatuſconſulto Carolo de Lotharingia conceſſum. p.170

Salſeburgenſis Primas. pag.61

Sanctus Bernardus Legatos de latere ipſius Pótificis collateratores vocat. p.13

Simpliciter miſſi Legati cur ſic vocati. *ibid.* paſſim nuntij Apoſtolici dicti. *ibid.*

Sanctus Dionyſius Eccleſiæ Pariſienſis protoparens à Sancto Clemente Apoſtolatum Galliarum recepit. *ibid.*

S. Germanus Pariſienſis Epiſcopus. p. 276

Sanctus Probatianus primo Pariſienſi concilio prǫfuit. p.183

Sanctus Stephanus Hungariæ primus Rex Crucem ante ſe deferre fecit, Silueſtri ſecundi Papæ conceſſu. p.171

S. Honoratus 20. Archiepiſcop. Bituricenſis. p.148

S. Sulpitius cognomento Seuerus, Bituricenſis Archiepiſcopus. p.147

Sanctus Honoratus Bituricenſis ſecundo præfuit Aurelianenſi concilio. p. 183

S. Iſidorus Hiſpalenſis Archiepiſcopus. p. 75

Sanctus Sauinianus totius Galliæ Primas à Sancto Petro ordinatus. p.179

S. Remigius Archiepiſcocopus Remenſis. p. 17

S. Gregorius ad iugum Chriſti perduxit Angliæ populum Auguſtino in Angliam ablegato. p. 84

S. Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus. p. 94. & 95

S. Thomas Crucis geſtatorem habuiſſe memoratur. *ibid.* & quid egerit accerſitus ad dicendum cauſam in regium conſiſtorium. *ibid.*

priuilegio procedit. p.282
Principe ad fidem redacto cæteri facilè dant nomina. p.65
Priſcus Lugdunenſis Archiepiſcopus concilio ſecundo Matiſconenſi præſedit. p.182
qui Priuilegium allegat, illud debet demõſtrare. p.231
Priuilegium meretur amittere qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. p.304
Probianus 24. Bituricenſis Archiepiſcopus. p.148
Prouincia Cantuarienſis diſpendio Eboracenſis admodum ampliata. p. 94

Q

QVi prior eſt tẽpore, potior etiã eſt iure. p. 190
Quod ab initio nullum fuit, tractu temporis conualeſcere non poteſt. p.191

R

RAdulphus Cantuarienſis Archiepiſcopus, & eius inſania. p.90
Radulphus Præantiſtes Bituricenſis. p.138
Reginaldus de Beaune Bituricenſis Archiepiſcopus. p.154
Remenſis Primas. p.61
Remenſis Archiepiſcopus in Gallia Legatus natus. p.14
Remenſes Archipræſules Legatos natos ſedis Apoſtolicæ ſe profitẽtur. p.77
S. Remigius Remenſis Archiepiſcopus Regem Clodoueum baptiſmatis fonte regenerauit. p.161
Remenſis Eccleſiæ elogium. *ibid.*
Reſcriptum Alexãdri III. Papæ ad Eboracenſem Archipræſulem. p.104
Richardus Sancti Thomæ ſucceſſor. p.112
Richerius Senonẽſis Primas. p.186
Richerius Senonenſis Archiepiſcopus. p.210
Rogerius Eboracẽſis Archiepiſcopus. p. 111
Rogerius ludibrioſè exceptus à Richardo Cãtuarienſi Archiepiſco-

Digitized by Google

po. p.112.113.114.& 115
Roma mundi domina. p.65
Rotomagenſis Primas. p.61
Rotomagenſis Archipræſul. p.126. tantùm Neuſtriæ Primas. *ibid.*

S

SAcrum tribunal regio edicto ac Senatuſconſulto Carolo de Lotharingia conceſſum. p.170
Salſeburgenſis Primas. pag.61
Sanctus Bernardus Legatos de latere ipſius Pótificis collateratores vocat. p.13
Simpliciter miſſi Legati cur ſic vocati. *ibid.* paſſim nuntij Apoſtolici dicti. *ibid.*
Sanctus Dionyſius Eccleſiæ Pariſienſis protoparens à Sancto Clemente Apoſtolatum Galliarum recepit. *ibid.*
S. Germanus Pariſienſis Epiſcopus. p. 276
Sanctus Probatianus primo Pariſienſi concilio pręfuit. p.183
Sanctus Stephanus Hungariæ primus Rex Crucem ante ſe deferre fecit, Siluestri ſecundi Papæ conceſſu. p.171
S. Honoratus 20. Archiepiſcop. Bituricenſis. p.148
S. Sulpitius cognomento Seuerus, Bituricenſis Archiepiſcopus. p.147
Sanctus Honoratus Bituricenſis ſecundo præfuit Aurelianenſi concilio. p. 183
S. Iſidorus Hiſpalenſis Archiepiſcopus. p. 75
Sanctus Sauinianus totius Galliæ Primas à Sancto Petro ordinatus. p.179
S. Remigius Archiepiſcocopus Remenſis. p. 17
S. Gregorius ad iugum Chriſti perduxit Angliæ populum Auguſtino in Angliam ablegato. p. 84
S. Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus. p. 94. & 95
S. Thomas Crucis geſtatorem habuiſſe memoratur. *ibid.* & quid egerit accerſitus ad dicendum cauſam in regium conſiſtorium. *ibid.*

S. Thomæ grauis ad Alexandrum III. querimonia. p. 110
S. Thomæ Eboracenſis Epitaphium, ſeu Elogium. p. 314
S. Hieronymus omnes Epiſcopos pares facere videtur. p. 44. ratione ſcilicet characteris, ſed non ratione iuriſdictionis, & Eccleſiaſticæ poteſtatis. *ibid.*
Sanctus Trophimus conſtitutus Arelati Galliarum Apoſtolus. p. 179
S. Gregorius Dorouernæ Eccleſiam ab Auguſtino inſtauratam Metropolitanam eſſe voluit, p. 85
S. Photinus Protopontifex Lugdunenſis. p. 173. Beati Polycarpi diſcipulus, vt & Sanctus Irenæus. *ibid.*
S. Nicetius Lugdunenſis Archiepiſcopus. p. 276
S. Germanus Antiſſidiorenſis, & Lupus Trecenſis, Pelagianiſmi exciſores. p. 83
Sapaudus Arelatenſis ſecundo præfuit Pariſienſi concilio. p. 183
Saraceni quo anno Toletum ceperunt & exciderunt. p. 73
Saturninus Arianorum anteſignanus. p. 132
Scandalum omnium malorum grauiſſimum. p. 293
ob Scandalum deſiſtendum eſt à iure ſuo. p. 299
Sigebodus Narbonenſis Metropolita. p. 138
Simon de Soliaco Primas Bituricenſis. p. 150
Simon Cantuarienſis Archipræſul. p. 117
Sedes Apoſtolica radix religionis & fons ſacerdotij. p. 353
Sedes Archiepiſcopalis Remenſis præcipuum Reipublicæ Chriſtianæ in Gallia ſeminarium. p. 161
Senonenſis Primas. p. 61
Senonenſis Primatus. p. 127
Septẽ prouinciæ ex antiquo iure ſedi Arelatenſi immediatè ſubiacebāt. p. 131
Seuinus Senonenſis Archiepiſcopus. p. 185
Spalatenſis Primas. p. 61
Succedens in locum alterius vtitur iure ipſius. p. 250

Digitized by Google

Synagoga antiqua ſummum habuit ſacerdotem ad quem quidquid ambiguum accideret deferebatur. p. 348

T

poſt Tadiaci obitum, diutinum fuit interpontificiũ in Anglia. p. 99

Tanetum inſula ſita ad Orientem Cantij, non procul à Dorouernia. p. 84

Tatuuinus IX. Archiantiſtes Cantuariẽſis quo anno vixit: & eius contentio cum Egberte Eboracenſi Præſule. p. 90

Taurinus, Pyranus, Tadiacus ſucceſſores Sampſonis Protopræſulis Eboracenſis. p. 98

Tetradius XVI. Archiepiſcopus Bituricenſis. p. 148

Theodorus natione Græcus, ſeptimus Cantuarienſis Archiepiſcopus. p. 88

Theobaldus XXXVII. Cantuarienſis Archiepiſcopus impetrauit ab Innocentio II. vt legatus natus ſedis Apoſtolicæ in Anglia eſſet. p. 91

Thurſtanus Eboracenſis Præſul. p. 90

Toletum vrbs in meditullio Hiſpaniæ ſita. p. 69

Toletum vrbs regionis præcipua. p. 66

Toletum regia ſedes effecta eſt Gotthis in Hiſpania præualentibus. p. 71

Toletanus Primas. p. 61

Toletanus Archiepiſcopus in Hiſpania Legatus natus. p. 14

Trophimus Protopræſul Arelatenſis. p. 128

Trophimus & Creſcens Chriſti duo Diſcipuli. p. 129

V

Vvallo Pariſiẽſis Epiſcopus. p. 220

Vualfridus Archiepiſcopus Eboracenſis. p. 89

Vuarmundus Antiſtes Viennenſis. p. 137

Digitized by Google

Venetus Primas. p.61
Viennenſis Archiepiſcopus Primas Primatum. p.144
Vigilius Arelatenſis Archiepiſcopus. p.135
Virgis paſtoralibus Præſulum numerus obſeruatus. p.10
Volenti non fit iniuria. p.122
Vnica actio ius non ſtatuit. p.257
Vnus vnius ciuitatis debet eſſe Epiſcopus. p.24
Vrbs regia patria communis. p.289
Vrunus vir Apoſtolicus. p.146
Vſus geſtandi crucem eſt tanti ponderis vt non niſi vrgentiſſima ratione cuiquam concedendus ſit. p.169

Z

ZElus domeſticorum erga Magiſtrũ. p.113. & 114

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

2-2-3